

BQ  
1585  
.A6

# FLORILEGIUM PATRISTICUM

DIGESSIT VERTIT ADNOTAVIT

GERARDUS RAUSCHEN

DR. THEOL. ET PHIL., SS. THEOLOGIAE IN UNIVERSITATE BONNENSI  
PROF. P. E.

---

FASCICULUS ALTER  
S. IUSTINI APOLOGIAE DUAЕ

Editio altera aucta et emendata

BONNAE  
SUMPTIBUS PETRI HANSTEIN  
MCMXI

IMS







# FLORILEGIUM PATRISTICUM

DIGESSIT VERTIT ADNOTAVIT

**GERARDUS RAUSCHEN**

DR. THEOL. ET PHIL., SS. THEOLOGIAE IN UNIVERSITATE BONNENSI  
PROF. P. E.

---

FASCICULUS ALTER

**S. IUSTINI APOLOGIAE DUAЕ**

Editio altera aucta et emendata

BONNAE  
SUMPTIBUS PETRI HANSTEIN  
MCMXI

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES  
10 ELMSLEY PLACE  
TORONTO 5, CANADA,

NOV 19 1931

L.-N. 6777.

1316

Imprimi permittitur.

Coloniae die 12. Decembris 1910.

**Dr. Kreutzwald,**  
Vicarius Archiepi Generalis.

**Alle Rechte vorbehalten.**

---

Copyright 1911 by Peter Hanstein.

In secundo fasciculo Florilegii, quod auctore Eminen-  
tissimo et Inlustrissimo Domino Antonio Cardinali Fischer  
Archiepiscopo Coloniensi anno 1904 a me inchoatum est,  
Iustini martyris Apologiae duae integrae leguntur, quae apo-  
logetarum antiquissimorum monumenta sunt praestantissima.  
Prolegomenis Iustini vita et scripta, argumenta editionesque  
apologiarum inlustrantur; textui ipsi versio latina et commen-  
tariolus adiectus est, qui partim critici generis est, partim res  
a scriptore narratas inlustrat.

Altera editio a priore multiplici ratione differt:  
a) Textus pluribus locis emendatus est. b) Series capitum, qualis  
est in codice Parisino, in hac editione servatus est; in priore  
vero editione duae maiores apologiarum partes, quae mihi ad  
legendum minus utiles esse videbantur, in adpendicem reiectae  
erant. c) Totus textus, non solum dimidia eius pars, versione  
latina adornatus est. d) Adnotationes auctae et emendatae sunt.

In textu graeco recensendo maxime Ottonem et  
Krügerum secutus sum; multis autem locis lectiones aut mea  
coniectura elucubratas aut ab aliis temptatas recepi. Versio  
latina mea est, ita tamen, ut Ottoniana usus sim.

Scripti Bonnae kalendis aprilibus MCMXI.

---



## PROLEGOMENA.

---

1. S. Iustinus, apologetarum veterum Christianorum inlustrissimus, Palaestinae in oppido Flavia Neapoli circa annum 100 e familia graeca natus est. Adulescens, ut ipse narrat (dial. c. 2—8), veritatis discendae cupiditate flagrans varias philosophorum scholas percurrit, donec Ephesi, ut videtur, dum in litore maris meditans obambulat, senis cuiusdam sermonibus ad sacram scripturam cognoscendam excitatus tandem Christi fidem amplexus est. Quo ex tempore totus Christianae veritati defendendae intentus, multis orbis terrarum partibus peragratis, postremo Romae constitit scholamque aperuit. Ibi praeter alios Tatianus philosophus eius institutione usus est; at Crescens, philosophus cynicus, quem acerrimum Christianorum adversarium Iustinus publica disputatione turpis ignorantiae coarguerat, infensus ei insidias struxit; num autem hic vir auctor mortis eius fuerit, id quod Eusebius memoriae prodidit (hist. e. IV 16, 1), valde dubium est. Anno fere 165 Iustinus apud Iunium Rusticum praefectum urbi cum sex aliis Christianae legis nomine reus factus securique Romae percussus gloriosi martyrii palmam promeruit.

2. Ex octo s. Iustini scriptis, quae Eusebius enumerat (hist. e. IV 18, 1 ss.), tria sola adhuc exstant: duae Apologiae et Dialogus cum Tryphone Iudaeo. Alia, quae nomine eius insignita in codicibus leguntur, vel spuria vel dubia sunt; ex his *Cohortatio ad Graecos*, opus satis amplum, de cuius origine etiam nostris temporibus multum disputatum est, medio

saeculo tertio conscripta esse censetur<sup>1</sup>. Longius fragmentum, quod *De resurrectione* inscribitur, revera Iustini esse videtur.

Tria scripta illa s. Iustini, quorum fides non ambigitur, uno codice Parisino nr. 450, anno 1364 exarato, et forma satis corrupta ad nos pervenerunt. Ex quibus maximi pretii sunt duae Apologiae, altera maior (c. 1—68), altera minor (c. 1—15), quae illam in codice antecedit, utraque paulo post annum 150 ad imperatorem Antoninum Pium eiusque filios adoptivos, Marcum Aurelium et Lucium Verum, scripta. Eusebius quidem (l. l.) s. Iustinum alteram apologiam imperatori Antonino Pio, alteram Antonino Vero (qui vulgo Marcus Aurelius dicitur) tradidisse refert, et minor Apologia in codice inscribitur: *Ad sanctum senatum*; verumtamen quin Eusebius inscriptione prioris apologiae deceptus sit et quin altera Apologia nihil aliud nisi pars vel potius adpendix prioris apologiae habenda sit, vix est hodie qui dubitet. Dialogo conloquium duorum dierum continetur, quod Iustinus Ephesicum Tryphone doctissimo Iudaeo (rabbi Tarphon?) habuit; hic liber brevi post Apologias exaratus tractat in prima parte (c. 1—47) de lege ceremoniali Iudaeorum abroganda, in altera (c. 48—108) de Iesu filio dei, in tertia (c. 109—142) de gentilibus ad ecclesiam vocandis.

### 3. Prior Apologia ita dividitur<sup>2</sup>:

In prooemio (c. 1—4), postulatur, ut Christiani non propter solum nomen sed in modum ceterorum reorum propter

<sup>1</sup> Widmann, *Die Echtheit der Mahnrede Justins des Märtyrers*, Mogunt. 1902; Gaul, *Die Abfassungszeit der pseudojustinischen Cohortatio ad Graecos*, Berol. 1902; Harnack, *Die Chronologie II* (1904) 151 ss. et 545 ss.

<sup>2</sup> De indole, argumento, divisione duarum apologiarum s. Iustini confer: Rauschen, *Die formale Seite der Apologien Iustins*, in: *Theol. Quartalschrift*, Tubingae 1899, 188—206; Pfättisch, *Der Einfluß Platos* (1910) 131—196.

flagitia condemnentur. Sequitur prior pars seu refutatio criminum (c. 5—12): Causa, cur Christiani multis sint odio, in daemones potissimum conferenda est (c. 5): Christiani non sunt athei (c. 6); si qui forte ex iis scelerum convicti sunt, id ceteris exprobrare non licet (c. 7); pro tribunali Christiani fidem non eiurant, ne mentiantur regnoque caelesti priventur (c. 8); deos gentilium merito contemnunt (c. 9) neque sacra faciunt, sed verum deum pura colunt mente (c. 10); neque reipublicae obsistunt, cum regnum, quod expectant, caeleste sit eaque spes eos a maleficiis abstrahat (c. 11—12).

In altera parte (13—67) primum de fide et moribus (c. 13—60), deinde de cultu et sacramentis Christianorum agitur hoc ordine: Christiani non victimis sed precibus gratiarumque actionibus (c. 13) et integritate morum (c. 14—17) deum honorant. Quae credunt de immortalitate animorum (c. 18), de resurrectione corporum (c. 19), de fine mundi (c. 20), adfinia sunt philosophorum dogmatis: quae vero de filii dei in caelum adscensu eiusque generatione et miraculis docent, gentilibus absurda videri non possunt, cum similia poetae de filiis Iovis finxerint (c. 21—22). In capite 23 Iustinus tres sententias probandas proponit: a. doctrinam Christianam solam veram esse (c. 24—29); b. Christum verum deum esse, uti ex vaticiniis prophetarum pateat (c. 30—53); c. has vaticinationes daemones fabulis poetarum perverse imitatos esse eo consilio, ut Christi adventus resque gestae viderentur esse mythus (c. 54—58), atque etiam philosophos gentilium multa ex libris Moysis mutuatos esse (c. 59—60). Postremo Iustinus, 'ne quid praetermittendo in expositione sua videatur depravare' (c. 61, 1), multa eaque gravissima exponit de baptismo (c. 61—64) et de eucharistia coetibusque religiosis Christianorum (c. 65—67). In peroratione (c. 68) autem imperatores admonet, ne, si forte quae disputavit spernenda arbitrentur, in Christianos, cum nihil mali egerint, supplicium statuunt.

Adnexum est priori Apologiae edictum ab imperatore Hadriano ad Minucium Fundanum Asiae proconsulem in gratiam Christianorum datum, quod genuinum esse hodie omnes fere viri docti consentiunt.

4. Altera Apologia constat ex quindecim capitibus, quae sine certa dispositione composita<sup>1</sup> ad instar adpendicis priori Apologiae adnexa sunt. Cuius supplementi ansam Iustino dedit atrox facinus Romae 'paucis his diebus'(c. 1, 1) patratum, unde luce clarius patebat, quam iniusta atque absurda actio iudicum in Christianos esset. Itaque rem Lollio Urbicopraefecto urbi(inter annos 144 et 160) actam fusius exponit (c. 2—3) et alia quaedam nullo certo ordine adiungit, quae priore Apologia absoluta in mentem ei venerant. Facinus autem erat hoc: Mulier post vitam dissolutam Christiana facta cum mariti, qui et ipse libidinibus se dederat, animum ad virtutem revocare studuisset neque vero quidquam profecisset, repudium ei remisit. At maritus ira incensus Ptolemaeum quendam, quo auctore illa fidem amplexa erat, de nomine Christiano postulavit effecitque, ut, postquam se Christo nomen dedisse coram praefecto urbi libere professus est, ad mortem duceretur. Quo audito Lucius quidam Christianus iniustam praefecti sententiam fortiter arguit; is autem pariter eum abduci iussit. Eodem supplicio paulo post in tertium supervenientem Christianum animadvertit (c. 2).

Capitulum secundae apologiae, quae secuntur, hoc est argumentum: Cur Christiani, quo celerius ad deum suum veniant, manus sibi non inferunt (c. 3, al. 4)? Causa persecutionum

<sup>1</sup> Ita Wehofer O. Pr., Die Apologie Iustins des Philosophen und Märtyrers in literarhistorischer Beziehung, Romae 1897, 122 s. et Rauschen, Die formale Seite etc. p. 190. Econtra Pfäffisch (l. l. 183 ss.) etiam in altera apologia formam quandam et ordinem cognosci posse putat; quae autem adfert, eius rei mihi fidem facere non valent.

sunt daemones, quos Christus principatu dececit (c. 4 et 5, al. 5 et 6). Merito angeli et homines a deo puniuntur, si libero arbitrio abusi peccant (c. 6, al. 7). Non solum Christiani, sed omnes, qui, ut stoici, homines bene agere docuerunt, daemonum odium sibi conflare (c. 7, al. 8). Iustinus et ipse, ut ab aliquo eorum aut saltem a Crescente philosopho insidiis adpetatur, expectat (c. 8, al. 3). Supplicia inferorum negari nequeunt (c. 9). Doctrina Christiana sublimior est omni humana sapientia, quia Christus dei logos est (c. 10). Egregia Christianorum in persecutionibus constantia optime ethnicorum in eos criminationes refelluntur (c. 11 et 12). Etiam Platoni Christus praeferendus est (c. 13). Postremo auctor rogat imperatores, ut hunc libellum publica comprobent auctoritate (c. 14) et aequam sententiam in Christianos ferant (c. 15).

5. Editiones Operum apologetarum veterum hodie usu dignae sunt duae: a. Prudentii Marani e congregatione s. Mauri, fol., Parisiis 1742; haec editio iterata Venetiis 1747 et a Migne quoque typis expressa (Patr. graec., vol. VI., Paris. 1857) non iam fidei est ita spectatae. b. Corpus apologetarum Christianorum saec. II., edidit de Otto, 9 vol., Jenae 1847; quinque priora volumina, quibus continentur Opera s. Iustini genuina et spuria, tertium excusa sunt anno 1876. Hae duae editiones, Maraniana et Ottoniana, integrae sunt et textum graecum una cum versione latina adnotationibusque exhibent. Solum textum graecum duarum Apologiarum Iustini edidit G. Krueger (Sammlung ausgewählter kirchen- und dogmengeschichtlicher Quellenschriften, 1. Heft: Die Apologien Justins des Märtyrers, ed. I., Frib. 1890 ed. III., Tub. 1904). Textum graecum versione francogallica et notis aliquot criticis adornavit Pautigny: Iustin Apologies [Textes et documents pour l'étude historique du Chri-

stianisme publiés par Hemmer et Lejay, tome I], Parisiis 1904. Versionem germanicam egregiam cum prolegomenis et commentario edidit Veil (Justins des Philosophen und Märtyrers Rechtfertigung des Christentums, Argentorati 1894). Doctrinam theologicam et philosophicam s. Iustini optime explanavit Semisch (Justin (der Märtyrer, eine kirchen- und dogmengeschichtliche Monographie, 2 vol., Vratislaviae 1840). Rationes, quae intercedunt inter philosophiam Platonis et theologiam s. Iustini excussit Pfättisch O. S. B., Der Einfluß Platos auf die Theologie Justins des Märtyrers, Paderbornae 1910.

---

# APOLOGIA I.

## ΑΠΟΛΟΓΙΑ Ι.

1. Ἀυτοκράτορι Τίτῳ Αἰλίῳ Ἀδριανῷ Ἀντωνίνῳ Εὐσεβεῖ Καίσαρι<sup>1</sup> Σεβαστῷ καὶ Οὐρησισίμῳ<sup>2</sup> υἱῷ Φιλοσόφῳ, καὶ Δουκίῳ<sup>3</sup> Φιλοσόφῳ<sup>4</sup> Καίσαρος φύσει υἱῷ καὶ Εὐσεβοῦς εἰσποιητῷ, ἐρασιτῷ παιδείας, ἱερῷ<sup>4</sup> τε Συγκλήτῳ καὶ Δῆμῳ παντὶ Ῥωμαίων, ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων<sup>5</sup> ἀδίκως μισουμένων καὶ ἐπηρεαζομένων, Ἰουστίνου Πρίσκου τοῦ Βακχείου, τῶν ἀπὸ Φλαουίας Νέας πόλεως τῆς Συρίας Παλαιστίνης<sup>6</sup>, εἰς αὐτῶν ὄν, τὴν προσφώνησιν καὶ ἔντευξιν πεποίημαι.

2. Τοὺς κατὰ ἀλήθειαν εὐσεβεῖς καὶ φιλοσόφους<sup>7</sup> μόνον τάληθές τιμᾶν καὶ στέργειν ὁ λόγος ὑπαγορεύει, παραιτουμένους δόξαις παλαιῶν ἐξακολουθεῖν, ἀν φαῖλαι ὄσιν· οὐ γὰρ μόνον

*Signa: E significat textum Eusebii Hist. eccles. ex recensione E. Schwartzii (Lipsiae 1903), Kr editionem tertiam Kruegeri (Tubingae 1904), O editionem tertiam Ottonis (Ienae 1876), P codicem Parisinum nr. 450.*

<sup>a</sup> *Ita omnes codd. Eusebii (hist. e. IV 12, 1) praeter Paris. nr. 1430, ubi legitur φιλοσόφῳ; eandem formam φιλοσόφῳ habent P et edit. omnes Iustini.*

<sup>1</sup> Ita Eusebius, qui in Hist. eccl. IV 12, 1 totam hanc inscriptionem repetit. In codice Parisino apologiae et in omnibus eius editionibus legitur: *Εὐσεβεῖ Σεβαστῷ Καίσαρι καὶ*. At post vocem *Σεβαστός* adpellatio *Καῖσαρ* inusitata est. Fortasse Iustinus scripsit: *Εὐσεβεῖ Σεβαστῷ καὶ Καίσαρι*; nam in titulis Marci Aurelii Veri valde desideratur nomen *Caesaris*, quod ei iam anno 138 vel 139 (Mommsen, Röm. Staatsrecht II<sup>3</sup> 1140) ab imperatore Antonino Pio inditum et postea perraro omissum est.

<sup>2</sup> Verissimum pro Vero eum adolescentem iam Hadrianus saepe adpellavit

## APOLOGIA I.

1. Imperatori Tito Aelio Hadriano Antonino Pio Caesari Augusto, et Verissimo filio Philosopho, et Lucio Philosophi Caesaris natura filio et Pii adoptivo, amatori doctrinae, sanctoque Senatui et Populo Romano universo, pro iis, qui ex omni genere hominum iniuste odio habentur et vexantur, Iustinus Prisci filius, Bacchi nepos, Flaviae Neapoli in Syria Palaestinae natus, hanc orationem et supplicationem feci.

2. Ii, qui vere pii philosophique sunt, ratio postulat, ut solum verum colant amentque recusantes, ne veterum opiniones, si pravae sint, sequantur; nam non solum eos sequi, qui

propter veritatis studium (Capitolinus, Vita Antonini Philos. c. 4).

<sup>2</sup> Tertio apologiam inscribit Lucio Vero, qui, naturalis filius L. Aelii Veri ab Hadriano adoptati et Caesaris nomine insigniti, ab Antonino Pio adoptatus et a Marco Aurelio in societatem imperii adsumptus est; is post vitam libidinibus multisque vanitatibus deditam occubuit anno 169. Quem Iustinus amatorem doctrinae vocat, propterea quod adulescens versus et orationes fecit et multos disertos eruditosque viros semper secum habuit (Capit., Vita Veri c. 2); sed philosophi cognomen ei nisi per adulationem dare non potuit; quare pro *φιλοσόφῳ* codicis cum Eusebio scribendum est *φιλοσόφον*, ita ut haec vox ad patrem referatur, qui erat 'eruditus in litteris, eloquentiae celsioris, versu facilis' (Spartianus, Vita Aelii Veri c. 5). <sup>4</sup> Cfr. c. 56, 2 et Ap. II 2, 16; Cic., De divin. I 12:

populus sanctusque senatus. <sup>5</sup> Locutio *ἐν παντὸς γένους ἀνθρώπων*

pertinet ad *τῶν*, non ad *μισουμένων*; cfr. c. 40 *ὑπὸ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων* et c. 53 *τοὺς ἀπὸ παντὸς ἔθνους ἀνθρώπων*. <sup>6</sup> Herod. III 91:

*Ἔστι δὲ ἐν τῷ νόμῳ τούτῳ Φοινίκη τε πᾶσα καὶ Συρία ἢ Παλαιστίνη καλεομένη καὶ Κίπρος.* <sup>7</sup> Cfr. epitheta principum c. 1.

μη̄ ἐπεσθαι τοῖς ἀδίκως τι πράξασιν ἢ δογματίσασιν ὁ σώφρων λόγος<sup>1</sup> ὑπαγορεύει, ἀλλ' ἐκ παντός τρόπου καὶ πρὸ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς τὸν φιλαλήθη, καὶν θάνατος ἀπειλῆται, τὰ δίκαια λέγειν τε καὶ πράττειν αἰρεῖσθαι δεῖ<sup>2</sup>. <sup>2</sup> Ὑμεῖς μὲν οὖν ὅτι λέγεσθε εὐσεβεῖς καὶ φιλόσοφοι καὶ φύλακες δικαιοσύνης καὶ ἐρασταὶ παιδείας, ἀκούετε πανταχοῦ· εἰ δὲ καὶ ὑπάρχετε, δειχθήσεται. <sup>3</sup> Οὐ γὰρ κολακεύοντες ἑμᾶς διὰ τῶνδε τῶν γραμμάτων οὐδὲ πρὸς χάριν ὁμιλήσοντες, ἀλλ' ἀπαιτήσοντες κατὰ τὸν ἀκριβῆ καὶ ἐξεταστικὸν λόγον τὴν κρίσιν ποιήσασθαι προσεληλύθαμεν, μη̄ προλήψει μηδ' ἀνθρωπαρεσκείᾳ τῇ δεισιδαιμόνων κατεχομένων ἢ ἀλόγῳ ὀρμῇ καὶ χρονίᾳ προκατεσχηκνίᾳ φήμη κακῇ τὴν καθ' ἑαυτῶν ψῆφον φέροντας. <sup>4</sup> Ἡμεῖς μὲν γὰρ πρὸς οὐδενὸς πείσεσθαι τι κακὸν δύνασθαι λελογίσμεθα, ἢν μη̄ κακίας ἐργάται ἐλεγχώμεθα ἢ πονηροὶ διεγνώσμεθα· ἑμεῖς δ' ἀποκτεῖναι μὲν δύνασθε, βλάψαι δ' οὐ<sup>3</sup>.

3. Ἄλλ' ἵνα μη̄ ἄλογον φωνὴν καὶ τολμηρὰν δόξην τις ταῦτα εἶναι, ἀξιούμεν τὰ κατηγορούμενα αὐτῶν ἐξετάζεσθαι καί, ἐὰν οὕτως ἔχοντα ἀποδεικνύωνται, κολάζεσθαι ὡς πρόπον ἐστὶν ἀλόντας κολάζειν<sup>a</sup>. εἰ δὲ μηδὲν ἔχει τις ἐλέγχειν, οὐχ ὑπαγορεύει ὁ ἀληθῆς λόγος διὰ φήμην πονηρὰν ἀναιτίους ἀνθρώπους ἀδικεῖν, μᾶλλον δὲ ἑαυτούς, οἱ οὐ κρίσει ἀλλὰ πάθει τὰ πράγματα ἐπάγειν<sup>4</sup> ἀξιούτε. <sup>2</sup> Καλὴν δὲ καὶ μόνην δικαίαν προκλήσιν<sup>b</sup> ταύτην πᾶς ὁ σώφρονων ἀποφανεῖται, τὸ τοὺς ἀρχομένους τὴν εὐθύνην τοῦ ἑαυτῶν βίου καὶ λόγου ἀληπιον παρέχειν, ὁμοίως δ' αὖ καὶ τοὺς ἀρχοντας μη̄ βία μηδὲ τυραννίδι

<sup>a</sup> Ita coniecit Bellios, quem secutus est O; cfr. Athenag., Leg. c. 2: ἢ κολάζεσθαι τοὺς ἀλισκομένους πονηροῖς. In codice P legitur: ὡς πρόπον ἐστὶ μᾶλλον δὲ κολάζειν. Verba μᾶλλον δὲ κολάζειν ut spuria reiecit Kr. <sup>b</sup> πρόσκλησιν O.

<sup>1</sup> Plurimum auctoritatis lust. tribuit sanæ rationi, quæ est σπέρμα τοῦ λόγου (ap. II 8, 1); cfr. Apol. I 46 et Tertulliani illud (apol. c. 17): O testimonium animæ naturaliter christianæ. <sup>2</sup> Plat. apol. 28<sup>b</sup>: Οὐ καλῶς λέγεις, ὦ ἄνθρωπε, εἰ οἶσι δεῖν κίνδυνον ἰπολογίζεσθαι τοῦ ζῆν ἢ τεθνάναι ἄνδρα . . . ἀλλ' οὐκ ἐκεῖτο μόνον σκοπεῖν, ὅταν πράττη, ὅτερα

quid iniuste fecerunt vel docuerunt, sana ratio prohibet, sed omni modo etiam prae sua ipsius vita veritatis amatorem, quamvis mors intentetur, id eligere oportet, ut quae iusta sunt et dicat et agat. <sup>2</sup> Vos igitur dici pios et philosophos et custodes iustitiae et amatores doctrinae ubique auditis; num vero iidem sitis, demonstrabitur. <sup>3</sup> Neque enim ut vos adularemur hoc libello neque ut gratificaremur vobis, sed postulandi causa, ut diligenti deliberatione habita iudicium exerceatis, huc accessimus, ne praeiudicio vel superstitiosis hominibus placendi gratia neve dementi impetu vel inveterata mala fama acti sententiam in vos ipsi ferretis. <sup>4</sup> Nobis enim a nemine mali quidquam fieri posse persuasimus, nisi maleficii coarguamur aut mali inventi simus; occidere vos quidem, non vero nocere potestis.

3. Sed ne quis insanam hanc vocem aut temerariam putet esse, rogamus, ut crimina eorum examinentur et, si ita se habere reperiantur, vindicentur, ut convictos punire deceat; sin vero nihil quis arguere habeat, vera ratio ob rumorem pravum innoxiiis hominibus iniuriam fieri vetat, imo vobismetipsis, quibus non ex aequo, sed ex libidine poenas constituere placet. <sup>2</sup> Honestam autem et solam iustam eam postulationem, quicumque prudens est, esse pronuntiabit, ut qui reguntur vivendi loquendique rationem invictam reddant, neque vero minus etiam ii, qui praesunt, non vim aut tyrannidem, sed pietatem philosophiamque sectati sententiam dicant; ita enim haud scio an et qui praesunt et qui reguntur bono perfruantur.

*δίκαια ἢ ἄδικα πράττει.*

\* Spectat Iust. ad celeberrima ea, quae dixit Socrates in Platonis Apol. p. 30<sup>ca</sup>, maxime ad illud: *Οἱ γὰρ οἶμαι θεμιτὸν εἶναι ἀμείνονι ἀνδρὶ ἐπὶ χείρονος βλάπτεσθαι.*

<sup>4</sup> *Τὰ πράγματα ἐπάγειν* aut significat: 'res (i. e. mercedem poenamve) adducere', aut idem est ac *πράγματα ποιῆσθαι* seu *πράγματα παρέχειν*, i. e. mala inferre; minus recte Otto vertit: lites intendere.

ἀλλ' εὐσεβεία καὶ φιλοσοφία ἀκολουθοῦντας τὴν ψῆφον τίθεσθαι· οὕτως γὰρ ἂν καὶ οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ ἀρχόμενοι ἀπολαύοιεν τοῦ ἀγαθοῦ. 4 Ἔφη γὰρ πού καί τις τῶν παλαιῶν· „Ἄν μὴ οἱ ἄρχοντες φιλοσοφήσωσι καὶ οἱ ἀρχόμενοι, οὐκ ἂν εἴη τὰς πόλεις εὐδαιμονῆσαι“<sup>1</sup>. 4 Ἡμέτερον οὖν ἔργον καὶ βίου καὶ μαθημάτων τὴν ἐπίσκεψιν πᾶσι παρέχειν, ὅπως μὴ ὑπὲρ τῶν ἀγνοεῖν τὰ ἡμέτερα νομιζόντων τὴν τιμωρίαν, ὣν ἂν πλημμελῶσι τυφλώτιοντες, αὐτοὶ ἑαυτοῖς<sup>a</sup> ὀφλήσωμεν· ὑμέτερον δὲ, ὡς αἰρεῖ λόγος, ἀκούοντας ἀγαθοὺς εὐρίσκεισθαι κριτάς. 5 Ἀναπολόγητον γὰρ λοιπὸν μαθοῦσιν, ἣν μὴ τὰ δίκαια ποιήσητε, ἰπάρξει πρὸς θεόν.

4. Ὄνοματος μὲν οὖν προσωνυμία<sup>b</sup> οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακὸν κρίνεται ἄνευ τῶν ὑποπιπτουσῶν τῷ ὀνόματι πράξεων<sup>2</sup>. ἐπεὶ, ὅσον γε ἐκ τοῦ κατηγορουμένου ἡμῶν ὀνόματος, χρηστέται οὐκ ἰπάρχομεν. 2 Ἄλλ' ἐπεὶ οὐ τοῦτο δίκαιον ἡγοίμεθα, διὰ τὸ ὄνομα, ἐὰν κακοὶ ἐλεγχώμεθα, αἰτεῖν ἀφίεσθαι, πάλιν, εἰ μὴδὲν διὰ τε τὴν προσηγορίαν τοῦ ὀνόματος καὶ διὰ τὴν πολιτείαν εὐρισκόμεθα ἀδικοῦντες, ὑμέτερον ἀγωνιᾶσαι ἔστι, μὴ ἀδίκως κολάζοντες τοὺς μὴ ἐλεγχομένους τῇ δίκῃ κόλασιν ὀφλήσητε. 3 Ἐξ ὀνόματος μὲν γὰρ ἢ ἔπαινος ἢ κόλασις οὐκ ἂν ἐλλόγως γένοιτο, ἣν μὴ τι ἐνάρετον ἢ φαῦλον δι' ἔργων ἀποδείκνυσθαι δύνηται. 4 Καὶ γὰρ τοῖς κατηγορουμένους ἐφ' ἡμῶν πάντα πρὶν ἐλεγχθῆναι οὐ τιμωρεῖτε· ἐφ' ἡμῶν δὲ τὸ ὄνομα ὡς ἔλεγχον λαμβάνετε, καίπερ, ὅσον γε ἐκ τοῦ ὀνόματος, τοὺς κατηγοροῦντας μᾶλλον κολάζειν ὀφείλετε. 5 Χριστιανοὶ γὰρ εἶναι κατηγοροῦμεθα· τὸ δὲ χρηστὸν μισεῖσθαι οὐ δίκαιον<sup>3</sup>. 6 Καὶ

<sup>a</sup> ἀπὸ τῶν αὐτοῖς P, ἀπὸ τῶν αὐτοῖ Paul in Jahrb. für klass. Philol. 1891, 456. <sup>b</sup> Ita P, Maranus; προσωνυμία (sine i. subscr.) O Kr.

<sup>1</sup> Dictum est Platonis de republ. V p. 473<sup>de</sup>, qui omittit καὶ οἱ ἀρχόμενοι; eadem sententia imperatori Marco Aurelio familiaris fuit (Capitolinus. Vita Marci c. 27). <sup>2</sup> Hunc locum imitatus est Athenagoras, Leg. c. 2: οἱ δὲν δὲ ὄνομα ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ οὐ πονηρὸν οὔτε

3 Dixit enim alicubi et veterum quidam: *Nisi qui praesunt et qui reguntur philosophabuntur, fieri non poterit, ut civitates fortunatae sint.* 4 Nostrum igitur munus est et vitae et doctrinae inspiciendae copiam omnibus facere, ne pro iis, qui ignorare res nostras consuerunt, poena eorum, quae caecutientes forte delinquant, ipsi teneamur, vestrum autem est, quemadmodum exigit ratio, audientes bonos inveniri iudicari. 5 Instructis enim vobis in posterum, nisi quae iusta sunt feceritis, nulla apud deum valebit excusatio.

4. Nominis igitur adpellatione neque bonum neque malum iudicatur sine subiectis nomini actionibus; nam quantum quidem adtinet ad nomen, quod nobis exprobratur, optimi sumus. 2 Sed quoniam non id iustum esse putamus propter nomen, si mali esse convincamur, ut absolvamur postulare, rursus, si nihil mali ex nominis adpellatione et ex vitae ratione facere invenimur, vestrum est contendere, ne iniuste in eos, qui convicti non sunt, animadvertentes iustitiae poenam debitam solvatis. 3 Ex nomine enim nec laus nec poena merito exstiterit, nisi quid boni aut mali ex operibus probari possit. 4 Etenim qui apud vos accusantur omnes, priusquam convincuntur, poena non adficitis; adversus nos autem nomen argumenti loco sumitis, quamquam, quantum ad nomen pertinet, accusatores potius punire debetis. 5 Christiani enim quod sumus, accusamur; bonum autem odio esse rectum non est. 6 Et rursus, si quis ea, de quibus accusatur, infitatur

*χρηστὸν νομίζεται.* Cfr. Tert. ap. c. 2: Sed illud solum expectatur, quod odio publico necessarium est, confessio nominis, non examinatio criminis.

3 Etiam Theophilus ludens nomen Christianum a voce *χρηστός* derivat (ad Autol. I 1) et Lactantius narrat de paganis (inst. div. IV 7): 'Immutata littera Chrestum solent dicere'. At neque Iustinus neque Theophilus ignoraverunt veram nominis Christiani originem, ut patet ex Apol. II 6 et Theoph. ad Aut. I 12.

πάλιν· ἐὰν μὲν τις τῶν κατηγορουμένων ἕξαρκος γένηται τῇ φωνῇ μὴ εἶναι φήσας, ἀφίετε αὐτὸν ὡς μηδὲν ἐλέγχειν ἔχοντες ἀμαρτάνοντα, ἐὰν δὲ τις ὁμολογήσῃ εἶναι, διὰ τὴν ὁμολογίαν κολάζετε· δέον καὶ τὸν τοῦ ὁμολογοῦντος βίον εὐθύνειν καὶ τοῦ ἀρνούμενου, ὅπως διὰ τῶν πράξεων ὁποῖός ἐστιν ἕκαστος φαίνεται. 7 Ὅν γὰρ τρόπον παραλαβόντες τινὲς παρὰ τοῦ διδασκάλου Χριστοῦ μὴ ἀρνεῖσθαι ἐξεταζόμενοι παρακαλεῦνται<sup>1</sup>, τὸν αὐτὸν τρόπον κακῶς ζῶντες ἴσως ἀφορμὰς παρέχουσι τοῖς ἄλλως καταλέγειν τῶν πάντων Χριστιανῶν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν αἰρουμένοις. 8 Οὐκ ὀρθῶς μὲν οὐδὲ τοῦτο πράττεται· καὶ γὰρ τοι φιλοσοφίας ὄνομα καὶ σχῆμα ἐπιγράφονται τινες, οἱ οὐδὲν ἄξιον τῆς ὑποσχέσεως πράττουσι· γινώσκετε δ' ὅτι καὶ οἱ τὰ ἐναντία δοξάσαντες καὶ δογματίσαντες τῶν παλαιῶν τῶ ἐνὶ ὀνόματι προσαγορεύονται φιλόσοφοι. 9 Καὶ τούτων τινὲς ἀθεότητα ἐδίδαξαν, καὶ τὸν Λία ἀσελγῆ ἅμα τοῖς αὐτοῦ παισὶν οἱ γενόμενοι ποιηταὶ καταγγέλλουσι· κακείνων τὰ διδάγματα οἱ μετερχόμενοι οὐκ εἴργονται πρὸς ἑμῶν, ἅθλα δὲ καὶ τιμὰς τοῖς εὐφώνως ὑβρίζουσι τούτους τίθετε<sup>2</sup>.

5. Τί δὴ οὖν τοῦτ' ἂν εἴη; Ἐφ' ἡμῶν, ὑπισχνουμένων μηδὲν ἀδικεῖν μηδὲ τὰ ἄθεα ταῦτα δοξάζειν, οὐ<sup>a</sup> κρίσεις ἐξετάζετε, ἀλλὰ ἀλόγῳ πάθει καὶ μάστιγι δαιμόνων<sup>3</sup> φάτων ἐξελευνόμενοι ἀκρίτως κολάζετε μὴ φροντίζοντες. 2 Εἰρήσεται γὰρ τὰ ληθές· ἐπεὶ τὸ παλαιὸν δαίμονες φᾶλοι, ἐπιφανείας ποιησάμενοι, καὶ γυναῖκας ἐμοίχευσαν καὶ παῖδας διέφθειραν καὶ φόβητρα ἀνθρώποις ἔδειξαν, ὡς καταπλαγῆναι τοὺς, οἱ λόγῳ τὰς γινομένας πράξεις οὐκ ἔκρινον, ἀλλὰ δέει συνηρησάμενοι καὶ μὴ

<sup>a</sup> Pfäffisch (l. l. 142<sup>1</sup>) cum Stephano ita interpungit: Τί δ' οὖν τοῦτ' ἂν εἴη ἐφ' ἡμῶν ὑπισχνουμένων . . . δοξάζειν; Οὐ. Quod non probo.

<sup>1</sup> Hanc vocem Otto vertit: 'hortatorum munere funguntur, item Veil: 'sie wirken für unsere Sache als Werber'. Sed ut Pfäffisch (Der Einfluß Platos 139 s.) monet, verbum παρακαλεῖονται hoc loco sensu passivo interpretandum est (ut apud. Plat. epist. VII 333<sup>a</sup> et Polyb. 10, 39, 2; 7, 16, 2): 'adducuntur', supple: 'ut negent'. Sensus igitur est: Non solum

voce se esse negans, quasi nihil habentes, quod cum peccare arguatis, eum dimittitis; sin quis se esse confitetur, ex confessione poenam exigitis; oportet et confitentis et negantis vitam excutere, ut ex factis qualis quisque sit adpareat. 7 Quemadmodum enim quidam, etsi a magistro Christo non negare didicerunt, tamen lege interrogati, ut negent, adducuntur, eodem modo male viventes fortasse ansam dant iis, qui ultro in omnes Christianos impietatem et iniquitatem incusare parati sunt. 8 Neque id quidem recte fit; nimirum philosophiae nomen habitumque quidam prae se ferunt, qui nihil eo promisso dignum agunt; scitis autem ex veteribus etiam eos, qui contraria opinati sunt et docuerunt, uno nomine adpellari philosophos. 9 Atque horum nonnulli deos negaverunt et Iovem una cum liberis suis libidinosum poetae qui existerunt promulgant, et eorum doctrinas qui profitentur non prohibentur a vobis, sed praemia et honores iis ponitis, qui eos numerosa oratione cavillantur.

5. Quid igitur hoc sibi vult? De nobis, qui profitemur nihil mali nos facere neque haec impia credere, accusationes non examinatis, sed insana libidine et flagello daemonum pravorum agitati temere vindicatis nihil curantes. 2 Dicitur enim verum: Olim daemones pravi, in conspectum oblatis, et mulieres stupraverunt et pueros corruperunt et terricula hominibus monstrarunt, ut ii percellerentur, qui non prudenter res gestas iudicabant, sed timore correpti et daemones pravos esse ignorantes eos deos adpellabant et, quod sibi quisque

confitentium, sed etiam negantium Christianorum vita examinanda est; nam hi, quemadmodum contra Christi praeceptum fidem eiurant, ita male vivendo ansam fortasse dant infidelibus calumniandi Christianos. 2 Eandem sententiam, secutus Iustinum, adfert Theophilus (ad Aut. III 8 et 30). 3 Christianorum persecutiones a daemonibus repetiverunt etiam Tertullianus (apol. c. 27) et Lactantius (inst. div. V 21).

ἐπιστάμενοι δαίμονας εἶναι φάβλους θεοὺς προσωνόμαζον<sup>1</sup>, καὶ ὀνόματι ἕκαστον προσηγόρευον, ὅπερ ἕκαστος ἐαυτῶ τῶν δαιμόνων ἐτίθετο. <sup>3</sup> Ὅτε δὲ Σωκράτης<sup>2</sup> λόγῳ ἀληθεῖ καὶ ἐξεταστικῶς ταῦτα εἰς φανερόν ἐπειρᾶτο φέρειν καὶ ἀπάγειν τῶν δαιμόνων τοῖς ἀνθρώποις, καὶ αὐτὸν<sup>3</sup> οἱ δαίμονες διὰ τῶν χαίροντων τῇ κακίᾳ ἀνθρώπων ἐνήργησαν, ὡς ἄθεον καὶ ἀσεβῆ ἀποκτείνεσθαι, λέγοντες καινὰ εἰσφέρειν αὐτὸν δαιμόνια· καὶ ὁμοίως ἐφ' ἡμῶν τὸ αὐτὸ ἐνεργοῦσιν. <sup>4</sup> Οὐ γὰρ μόνον ἐν Ἑλληνσι διὰ Σωκράτους ὑπὸ λόγου ἠλέγχθη ταῦτα, ἀλλὰ καὶ ἐν βαρβάροις<sup>3</sup> ὑπ' αὐτοῦ τοῦ λόγου μορφωθέντος καὶ ἀνθρώπου γενομένου καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ κληθέντος, ᾧ πεισθέντες ἡμεῖς τοὺς ταῦτα πράξαντας δαίμονας οὐ μόνον μὴ ὀρθοὺς εἶναι φάμεν, ἀλλὰ κακοὺς καὶ ἀνοσίους δαίμονας, οἳ οὐδὲ τοῖς ἀρετῆν ποθοῦσιν ἀνθρώποις τὰς πράξεις ὁμοίας ἔχουσιν.

6. Ἐνθεν δὲ καὶ ἄθεοι κεκλήμεθα· καὶ ὁμολογοῦμεν τῶν τοιούτων νομιζομένων θεῶν ἄθεοι εἶναι, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ ἀληθεστάτου καὶ πατρὸς δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης<sup>4</sup> καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἀνεπιμίκτου τε κακίας θεοῦ· <sup>2</sup> ἀλλ' ἐκεῖνόν τε καὶ παρ' αὐτοῦ υἱὸν ἐλθόντα καὶ διδάξαντα ἡμᾶς ταῦτα, καὶ τὸν<sup>5</sup> τῶν ἄλλων<sup>6</sup> ἐπομένων καὶ ἐξομοιουμένων ἀγαθῶν ἀγγέλων στρατόν<sup>7</sup>, πνεῦμέ τε τὸ προφητικόν<sup>8</sup> σεβόμεθα καὶ προσκυνοῦμεν, λόγῳ

<sup>a</sup> Ita O, αὐτοὶ P, Kr.

<sup>1</sup> Ut s. Paulus (1 Cor. 10, 20. 21), ita Iust. deos gentilium censet esse daemones malos. <sup>2</sup> Inter philosophos graecos Iustino maxime probantur Socrates et Heraclitus, quos (c. 46), quantum ad cognitionem veritatis adinet, eodem loco habet, quo prophetas Iudaeorum; cfr. Harnack, Sokrates und die alte Kirche (Reden und Aufsätze I, Gießen 1904, 27 ss.). <sup>3</sup> Barbari vocantur a Iustino omnes gentes praeter Graecos et Romanos, maxime Iudaei (c. 7, 3); ita etiam Cicero (de fin. II 15): *Non solum Graecia et Italia sed etiam omnis barbaria.* <sup>4</sup> Σωφροσύνη apud Iust. castimoniam seu pudicitiam significat (cfr. c. 14, 2 et 15, 1).

<sup>5</sup> Verba τὸν . . . στρατόν pendent a σεβόμεθα καὶ προσκυνοῦμεν, non a διδάξαντα, ut recte disputavit Semisch (Justin der Märtyrer II 349 squ.) contra Möhler (Theol. Quartalschrift 1833, 50 squ.). Quodsi Iust. dicit:

daemonum nomen dederat, eo eum designabant. <sup>3</sup> Cum autem Socrates ratione vera et exacto iudicio haec in lucem proferre et a daemonibus homines abducere conaretur, ipsi daemones per homines nequitia gaudentes effecerunt, ut is tamquam atheus et impius occideretur, dicentes nova eum inducere numina; ac pariter de nobis idem moliuntur. <sup>4</sup> Non enim apud Graecos solum per Socratem a logo haec sunt convicta, sed etiam apud barbaros ab eodem logo in conspectum dato et homine facto et Iesu Christo adpellato, cui nos credentes daemones, qui haec patrarunt, non solum non bonos esse dicimus, sed malos nefandosque daemones, qui ne hominibus quidem virtutis adpetentibus similes actiones habent.

6. Inde vero etiam athei adpellamur; et profiteamur in hisce, qui dicuntur dei, nos atheos esse, non autem si agitur de verissimo deo, qui pater iustitiae et castimoniae et expers iniquitatis est; <sup>2</sup> sed eum et filium, qui ab eo venit nosque haec docuit, et ceterorum adsectantium et adsimulatorum bonorum angelorum exercitum, spiritumque propheticum coli-

*τὸν . . . ἀγγέλων στρατὸν . . . προσκυνοῦμεν*, verbum *προσκυνεῖν* latiore sensu hoc loco usurpat; nam c. 16 idem Iust. adfirmat: *τὸν θεὸν μόνον δεῖ προσκυνεῖν*, et c. 17: *θεὸν μόνον προσκυνοῦμεν*. <sup>6</sup> Ex hoc nomine

adiectivo conligi potest, Iustinum ipsum filium dei in numero angelorum habere, quemadmodum aliis locis (dial. c. 93 et 127) eum *ἄγγελον* vocat. Notandum vero est, vocem *ἄλλος* interdum abundanter usurpari, ex. gr. apud Platonem, Alcib. I p. 112<sup>b</sup>: *τοῖς τε Ἀχαιοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις Τρωσίν* et Gorg. 473<sup>c</sup>: *ὑπὲρ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν ἄλλων ξένων*. <sup>7</sup> Angelos a

veteribus Christianis cultos esse, hoc loco Iust. testis est. <sup>8</sup> Luce clarius hoc loco Iust. spiritum sanctum, quem saepissime *πνεῦμα προφητικόν* adpellat, distinguit a filio dei; quod monere supervacaneum non est; nam aliis locis alterum cum altero confundere videtur; ex. gr. c. 33 verba Luc. 1, 35 'Spiritus sanctus superveniet in te' ita interpretatur: *Τὸ πνεῦμα οὖν καὶ τὴν δύναμιν τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ οἱ δὲν ἄλλο νοῦσαι θέμις* "τον λόγον; porro eodem loco exponit prophetas a nemine adflatos esse nisi a logo divino.

καὶ ἀληθείᾳ τιμῶντες, καὶ παντὶ βουλομένῳ μαθεῖν, ὡς ἐδιδάχθημεν, ἀφθόνως παραδιδόντες.

7. Ἀλλὰ, φήσει τις, ἤδη τινὲς ληφθέντες ἠλέγχθησαν κακοῦργοι. 2 Καὶ γὰρ πολλοὺς πολλάκις, ὅταν ἐκάστοτε τῶν κατηγορουμένων τὸν βίον ἐξετάζητε, ἀλλ' οὐ διὰ τοὺς προελεγχθέντας<sup>α</sup> καταδικάζετε<sup>1</sup>. 3 Καθόλου μὲν οὖν κἀκεῖνο ὁμολογοῦμεν, ὅτι ὃν τρόπον οἱ ἐν Ἑλληνιστῶν αὐτοῖς ἀρεστὰ δογματίσαντες ἐκ παντὸς τῷ ἐνὶ ὀνόματι φιλοσοφίας προσαγορεύονται, καίπερ τῶν δογμάτων ἐναντίων ὄντων, οὕτως καὶ τῶν ἐν βαρβάρους γενομένων καὶ δοξάντων σοφῶν τὸ ἐπικατηγορούμενον<sup>2</sup> ὄνομα κοινόν ἐστι· Χριστιανοὶ γὰρ πάντες προσαγορεύονται. 4 Ὅθεν πάντων τῶν καταγγελλομένων ὑμῖν τὰς πράξεις κρίνεσθαι ἀξιοῦμεν, ἵνα ὁ ἐλεγχθεὶς ὡς ἄδικος κολάζεται, ἀλλὰ μὴ ὡς Χριστιανός· εἰ δέ τις ἀνέλεγκτος φάνηται, ἀπολύεται ὡς Χριστιανός οὐδὲν ἀδικῶν. 5 Οὐ γὰρ τοὺς κατηγοροῦντας κολάζειν ὑμᾶς ἀξιόσομεν<sup>3</sup>· ἀρκοῦνται γὰρ τῇ προσούσῃ πονηρίᾳ καὶ τῇ τῶν καλῶν ἀγνοίᾳ.

8. Λογίσασθε δ' ὅτι ὑπὲρ ὑμῶν ταῦτα ἔφημεν ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν εἶναι ἀρνεῖσθαι ἐξεταζομένους. 2 Ἀλλ' οὐ βουλόμεθα ζῆν ψευδολογοῦντες· τοῦ γὰρ αἰωνίου καὶ καθαροῦ βίου ἐπιθυμοῦντες τῆς μετὰ Θεοῦ τοῦ πάντων πατρὸς καὶ δημιουργοῦ διαγωγῆς ἀντιποιούμεθα<sup>4</sup>, καὶ σπεύδομεν ἐπὶ τὸ ὁμολογεῖν, οἱ πεπεισμένοι καὶ πιστεύοντες τυχεῖν τούτων δύνασθαι τοὺς τὸν

<sup>α</sup> Ita Perizonius et Maranus, προλεχθέντας O P Kr, προελεχθέντας Paul in Jahrb. f. klass. Phil. 1891, 456.

<sup>1</sup> Sensus est: Quod iam aliquot Christiani criminis convicti sunt, inde nihil efficitur de ceteris Christianis; nam quoscumque homines condemnatis, eos non propter alios malefacti convictos condemnare soletis, sed propter sua ipsorum scelera. Otto, qui cum codice Parisino legit προλεχθέντας, hanc vocem explicat de iis Christianis, de quibus antea (c. 6) dictum est, seu de veris Christianis. Veil post ἐξετάζητε supplet

mus et adoramus, cum ratione et veritate venerantes et unicuique discere volenti, sicuti ipsi didicimus, sine invidia imperitentes.

7. Sed dicet quispiam iam aliquot comprehensos convictos esse malefacti. <sup>2</sup> Sane multos saepe in vitam uniuscuiusque accusati inquirendo, sed non propter eos, qui antea convicti sunt, condemnatis. <sup>3</sup> In universum utique et illud concedimus, sicuti apud Graecos ii, qui sententias sibi adridentes docuerunt, vulgo uno nomine philosophiae adpellentur, quamvis sententiae eorum sint contrariae, ita eorum, qui apud barbaros exstiterunt et existimati sunt sapientes, nomen iis inditum commune esse; Christiani enim omnes adpellantur. <sup>4</sup> Quare petimus, ut omnium, quorum nomina ad vos deferuntur, acta exeantur, ut qui convictus fuerit sicut improbus puniatur, non ut Christianus; si quem vero innoxium esse adparuerit, is dimittatur ut Christianus, qui nihil mali fecerit. <sup>5</sup> Neque enim postulabimus, ut in ipsos accusatores animadvertatis; nam iis satis est supplicii sua ipsorum nequitia bonique ignorantia.

8. Cognoscite autem vestra causa nos haec dixisse inde, quod nobis negare integrum est, cum interrogamur. <sup>2</sup> Sed vivere nolumus mentientes; vitae enim aeternae et purae cupidi ad consortium dei, parentis et opificis omnium rerum, contendimus et properamus ad confitendum, cum nobis persuaserimus et credamus, haec consequi posse eos, qui deo factis testati sint, se illum sectatos esse et illud apud eum

*καὶ ὡς ζῶντας ἐλέγητε* et postea *προλεχθέντας* retinet. Utrumque improbandum videtur. <sup>2</sup> *Ἐπιματηγορεῖν* et *κατηγορεῖν* saepe significant: enuntiare (non: accusare), ut Her. III 115 et Plat., Theaet. 167<sup>a</sup>.

<sup>3</sup> Calumniatori eadem poena ex legibus subeunda erat, quam reo intentaverat (Plin., Paneg. c. 35; Cod. Theod. IX 2, 3; 3, 6; cfr. etiam editum Hadriani ad calcem apologiae I. Iustini). <sup>4</sup> Et hoc verbum et

sequens *ἀράω* (alias *ἀρόμαι*) significant: cupere vel adpetere.

θεὸν δι' ἔργων πείσαντας, ὅτι αὐτῷ εἰποντο καὶ τῆς παρ' αὐτῷ διαγωγῆς ἤρων, ἔνθα κακία οὐκ ἀντιτυπεῖ. <sup>3</sup> Ὡς μὲν οὖν διαβραχέων εἶπεῖν, ἅ τε προσδοκῶμεν καὶ μεμαθήκαμεν διὰ τοῦ Χριστοῦ καὶ διδάσκουμεν, ταῦτά ἐστι<sup>1</sup>. <sup>4</sup> Πλάτων δ' ὁμοίως ἔφη 'Ραδάμανθυν καὶ Μίνω κολάσειν τοὺς ἀδίκοις παρ' αὐτοὺς ἐλθόντας· ἡμεῖς δὲ τὸ αὐτὸ πράγμα φαιμεν γενήσεσθαι, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῖς αὐτοῖς σώμασι μετὰ τῶν ψυχῶν γινομένων καὶ αἰωνίαν κόλασιν κολασθησομένων, ἀλλ' οὐχὶ χιλιονταετῆ περίοδον, ὡς ἐκεῖνος ἔφη, μόνον<sup>2</sup>. <sup>5</sup> Εἰ μὲν οὖν ἄπιστον ἢ ἀδύνατον τοῦτο φήσει τις, πρὸς ἡμᾶς ἤδε ἢ πλάνη ἐστὶν ἀλλ' οὐ πρὸς ἕτερον, μέχρις οὗ ἔργῳ μηδὲν ἀδικοῦντες ἐλεγχόμεθα.

9. Ἄλλ' οὐδὲ θυσίαις πολλαῖς καὶ πλοκαῖς ἀνθῶν τιμῶμεν, οὓς ἀνθρώποι μορφώσαντες καὶ ἐν ναοῖς ἰδρύσαντες θεοὺς προσωνόμασαν, ἐπεὶ ἄψυχα καὶ νεκρὰ ταῦτα γινώσκουμεν καὶ θεοῦ μορφὴν μὴ ἔχοντα (οὐ γὰρ τοιαύτην ἠγοῦμεθα τὸν θεὸν ἔχειν τὴν μορφὴν, ἣν φασὶν τινες εἰς τιμὴν μεμιμηῆσθαι), ἀλλ' ἐκείνων τῶν φανέντων κακῶν δαιμόνων καὶ ὀνόματα καὶ σχήματα ἔχειν. <sup>2</sup> Τί γὰρ δεῖ εἰδόσιν ὑμῖν λέγειν, ἅ τὴν ὕλην οἱ τεχνῖται διατιθέασιν ξέοντες καὶ τέμνοντες καὶ χωνεύοντες καὶ τύπτοντες; Καὶ ἐξ ἀτίμων πολλάκις σκευῶν διὰ τέχνης τὸ σχῆμα μόνον ἀλλάξαντες καὶ μορφοποιήσαντες θεοὺς ἐπονομάζουσιν<sup>3</sup>. <sup>3</sup> Ὅπερ οὐ μόνον ἄλογον ἠγοῦμεθα, ἀλλὰ καὶ ἐφ' ὕβρει τοῦ θεοῦ γίνεσθαι, ὃς ἀρόητον δόξαν καὶ μορφὴν ἔχων ἐπὶ φθαρτοῖς καὶ δεομένοις θεραπειᾶς πράγμασιν ἐπονομάζεται. <sup>4</sup> Καὶ ὅτι οἱ

<sup>1</sup> Certam spem aeternae vitae maxime propriam Christianorum et quasi summam esse fidei Christianae, hoc loco docet Iustinus.

<sup>2</sup> Platonis sententia erat, singulis hominibus post mortem transigendum esse circuitum mille annorum, aliis, qui cum virtute vixissent, laetantibus in caelo, aliis, quorum vita libidinibus inquinata esset. Iugentibus sub terra; deinde eos renasci neque prius ad sidera in aeternum reversuros esse, quam ter vitam totam sincero veritatis et virtutis studio peregissent; cfr. Plat., Phaedr. 248—249, et De republ. 613<sup>o</sup> squ.

<sup>3</sup> Statuas non solum

domicilium adamasse, ubi improbitas nullum adfert dolorem. <sup>3</sup> Ut igitur paucis absolvam, quae exspectamus et didicimus a Christo et docemus, haec sunt. <sup>4</sup> Plato quidem et ipse Radamanthum et Minoem ab improbis, postquam ad eos venerint, poenas repetituros esse dixit; nos vero eandem rem futuram esse dicimus, sed a Christo et ita, ut in iisdem corporibus una cum animis existant aeternamque poenam subeant, non solo, ut ille dixit, spatio mille annorum definitam. <sup>5</sup> Quodsi quis hoc incredibile vel impossibile esse dicat, ad nos hic error, non ad alium pertinet, quamdiu re vera nullius delicti coarguimur.

9. Neque vero multis hostiis et coronis florum honoramus eos, quos homines formatos et in fanis constitutos deos appellaverunt, propterea quod inanima mortuaque haec cognoscimus neque dei forma praedita (non enim eam putamus deo inesse formam, quam quidam venerationis causa imitatos se esse dicunt), sed illorum, qui adparuerunt, malorum daemonum et nomina et figuras referre. <sup>2</sup> Quid enim opus est vobis, quippe qui sciatis, dicere, quae effingant artifices materiam edolando scalpendo fundendo tundendo? Quin etiam ex inhonestis saepe vasis arte formam tantummodo immutando simulacra facta deos nominant. <sup>3</sup> Quod quidem non solum a ratione alienum, sed etiam cum contumelia dei fieri existimamus, qui, cum sit gloria et figura inenarrabili, a rebus fluxis curationeque egentibus denominatur. <sup>4</sup> Atque horum artifices

nomine deorum nuncupatas, sed etiam a vulgo ipsos deos habitas esse, praeter Iustinum multi et Christiani (ex. gr. Ep. ad Diognetum c. 2; Theophilus ad Aut. I 1 et II 2; Arnobius I 39) et ethnici (ex. gr. Lucianus, Iup. confut. c. 8; Plutarchus de Iside c. 11; Diogenes Laertius II 116) scriptores tradunt; cfr. Döllinger, Heidentum u. Judentum II 632. At Plato cultum, qui simulacris tribuitur, a vivis diis, qui a nullo videri possint, multa gratia rependi censet (De leg. 11 p. 931).

τοῦτων τεχνῆται ἀσελεγεῖς εἰσι καὶ πᾶσαν κακίαν, ἵνα μὴ κατα-  
ριθμῶμεν, ἔχουσιν, ἀκριβῶς ἐπίστασθε· καὶ τὰς ἑαυτῶν παιδί-  
σθας συνεργαζομένης φθείρουσιν. <sup>5</sup> Ὡ τῆς ἐμβρονησίας, ἀνθρώ-  
πους ἀκολάστους θεοὺς εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι πλάσσειν λέγεσθαι  
καὶ μεταποιεῖν, καὶ τῶν ἱερῶν, ἐνθα ἀνατίθενται, φύλακας  
τοιούτους καθιστάναι, μὴ συνορῶντας ἀθέμιτον καὶ τὸ νοεῖν ἢ  
λέγειν ἀνθρώπους θεῶν εἶναι φύλακας.

10. Ἄλλ' οὐ<sup>a</sup> δέεσθαι τῆς παρὰ ἀνθρώπων ὑλικῆς προσ-  
φορᾶς παρειλήφμεν τὸν θεόν, αὐτὸν παρέχοντα πάντα ὀρῶντες·  
ἐκείνους δὲ προσδέχεσθαι αὐτὸν μόνον δεδιδάγμεθα καὶ  
πεπεισμεθα καὶ πιστεύομεν, τοὺς τὰ προσόντα αὐτῷ ἀγαθὰ  
μιμουμένους, σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην καὶ φιλανθρωπίαν καὶ  
ὅσα οἰκεῖα θεῷ ἔστι, τῇ μηδενὶ ὀνόματι θεῶν καλουμένων<sup>1</sup>.  
<sup>2</sup> Καὶ πάντα τὴν ἀρχὴν ἀγαθὸν ὄντα<sup>2</sup> δημιουργῆσαι αὐτὸν ἐξ  
ἀμόρφου ὑλης<sup>3</sup> δι' ἀνθρώπους δεδιδάγμεθα· οἱ ἐὰν ἀξίους τῷ  
ἐκείνου βουλεύματι ἑαυτοὺς δι' ἔργων δεῖξωσι, τῆς μετ' αὐτοῦ  
ἀναστροφῆς καταξιοθῆναι παρειλήφμεν συμβασιλεύοντας, ἀφθάρ-  
τους καὶ ἀπαθείς γενομένους. <sup>3</sup> Ὅν τρόπον γὰρ τὴν ὀρχὴν οὐκ  
ὄντας ἐποίησε, τὸν αὐτὸν ἡγούμεθα τρόπον διὰ τὸ ἐλέεσθαι τοὺς  
αἰρουμένους τὰ αὐτῷ ἀρεστὰ καὶ ἀφθαρσίας καὶ συνοσίας κατα-  
ξιοθῆναι. <sup>4</sup> Τὸ μὲν γὰρ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι οὐκ ἡμέτερον  
ἦν· τὸ δ' ἐξακολουθῆσαι οἷς φίλον αὐτῷ αἰρουμένους, δι' ὧν  
αὐτὸς ἐδωρήσατο λογικῶν δυνάμεων, πείθει τε καὶ εἰς πίσιν  
ἄγει ἡμᾶς<sup>4</sup>. <sup>5</sup> Καὶ ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων ἡγούμεθα εἶναι  
τὸ μὴ εἶργεσθαι ταῦτα μανθάνειν, ἀλλὰ καὶ προτρέπεσθαι ἐπὶ  
ταῦτα. <sup>6</sup> Ὅπερ γὰρ οὐκ ἠδυνήθησαν οἱ ἀνθρώπειοι νόμοι

<sup>a</sup> οὐδὲ Ο.

<sup>1</sup> Cfr. Act. 17, 25 et Minuc. Fel., Octav. c. 32: 'Hostias et victi-  
mas deo offeram, quas in usum mei protulit, ut reiciam ei suum munus?  
ingratum est. cum sit litabilis hostia bonus animus et pura mens et sin-  
cera conscientia'. <sup>2</sup> Eandem causam mundi creandi adfert Plato  
(Tim. 29e): Ἄγαθός ἦν (ὁ θεός), ἀγαθῷ δὲ οἰδεῖς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε  
ἐγγίγνεται φθόνος· τοίτου δ' ἐκτὸς ὧν πάντα ὅ τι μάλιστα γενέσθαι ἐβουλήθη

impudicos omnibusque flagitiis, ne singula recenseam, obnoxios esse probe scitis; ipsas suas servulas, dum cum iis in opere sunt, stuprant. <sup>5</sup> O caecitatem mentis, homines incontinentes deos ad adorandum fingere et transformare dici templorumque, in quibus conlocantur, custodes tales constitui; numquid intellegitur nefas esse etiam cogitare vel dicere, homines deorum esse custodes!

10. Porro non egere materiali hominum oblatione accepimus deum, ipsum omnia largiri cum videamus; sed illos solum ei probari didicimus et nobis persuasimus et credimus, qui quae ei insunt bona imitantur, temperantiam et iustitiam et humanitatem et quaecunque propria sunt dei, qui nullo indito nomine vocatur. <sup>2</sup> Atque omnia initio eum, cum bonus esset, fabricatum esse ex informi materia propter homines didicimus; qui, si dignos consilio eius se operibus exhibuerint, fore ut conversatione eius digni habeantur accepimus, in societatem regni admissi immortales nihilque dolentes. <sup>3</sup> Quomodo enim initio eos, cum nondum erant, fecit, eodem modo putamus fore, ut ii, qui quae ei placent eligunt, propter hanc electionem et immortalitate et convictu digni habeantur. <sup>4</sup> Quod enim initio facti sumus, nostrum non erat: si vero ea sectamur, quae ei placent, eligentes logicis, quas ipse donavit, facultatibus, id persuasionem generat et ad fidem nos perducit. <sup>5</sup> Iam vero omnium hominum interesse arbitramur, eos haec cognoscere non prohiberi, imo incitari ad ea. <sup>6</sup> Quod enim humanae leges efficere non potuerunt, haec logos divinus

*παραλήσια ἐαυτῶ.*

<sup>3</sup> Cum ex hoc loco tum ex capite 59, 1 sequitur Iustinum cum Platone materiam aeternam neque a deo creatam esse docere. Ita etiam Pfäffisch O. S. B., *Der Einfluß Platos auf die Theologie Iustins des Märtyrers*, Paderb. 1910, 93 ss.

<sup>4</sup> Sensus est: Quod nati sumus, non nostrum est meritum; si vero voluntatem eius sectamur, id nobis persuadet, nos post mortem in aeternum cum deo futuros et regnatos esse.

πραΐξαι, ταῦτα ὁ λόγος Θεῖος ἀν<sup>α</sup> εἰργάσατο, εἰ μὴ οἱ φαῦλοι δαίμονες κατεσκέδασαν πολλὰ ψευδῆ καὶ ἄθεα κατηγορήματα<sup>1</sup>, σύμμαχον λαβόντες τὴν ἐν ἐκάστῳ κακὴν πρὸς πάντα καὶ ποικίλην φύσει ἐπιθυμίαν, ὧν οὐδὲν πρόσεστιν ἡμῖν.

11. Καὶ ὑμεῖς, ἀκούσαντες βασιλείαν προσδοκῶντας ἡμᾶς, ἀκρίτως ἀνθρώπινον λέγειν ἡμᾶς ὑπειλήφατε, ἡμῶν τὴν μετὰ Θεοῦ λεγόντων, ὡς καὶ ἐκ τοῦ ἀνεταξομένου ὑφ' ὑμῶν ὁμολογεῖν εἶναι Χριστιανοίς, γινώσκοντες τῷ ὁμολογοῦντι θάνατον τὴν ζημίαν κεῖσθαι, φαίνεται. <sup>2</sup> Εἰ γὰρ ἀνθρώπινον βασιλείαν προσεδοκῶμεν, κἂν ἡρονούμεθα, ὅπως μὴ ἀναιρώμεθα, καὶ λανθάνειν ἐπειρώμεθα, ὅπως τῶν προσδοκωμένων τύχωμεν· ἀλλ' ἐπεὶ οὐκ εἰς τὸ νῦν τὰς ἐλπίδας ἔχομεν, ἀναιρούντων οὐ πεφροντίκαμεν τοῖ καὶ πάντως ἀποθανεῖν ὀφειλομένου.

12. Ἀρωγοὶ δ' ὑμῖν καὶ σύμμαχοι πρὸς εἰρήνην ἐσμέν πάντων μᾶλλον ἀνθρώπων, οἱ ταῦτα δοξάζομεν, ὡς λαθεῖν Θεὸν κακόεργον ἢ πλεονέκτην ἢ ἐπίβουλον ἢ ἐνάρετον ἀδύνατον εἶναι, καὶ ἕκαστον ἐπ' αἰωνίαν κόλασιν ἢ σωτηρίαν κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων πορεύεσθαι. <sup>2</sup> Εἰ γὰρ οἱ πάντες ἀνθρώποι ταῦτα ἐγίνωσκον, οὐκ ἂν τις τὴν κακίαν πρὸς ὀλίγον ἤρετο, γινώσκων πορεύεσθαι ἐπ' αἰωνίαν διὰ πῦρὸς καταδίην, ἀλλ' ἐκ παντὸς τρόπου ἑαυτὸν συνεῖχε καὶ ἐκόσμει ἀρετῇ, ὅπως τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ τύχοι ἀγαθῶν καὶ τῶν κολαστηρίων ἀπηλλαγμένος εἴη. <sup>3</sup> Οἱ<sup>β</sup> γὰρ διὰ τοὺς ὑφ' ὑμῶν κειμένους νόμους καὶ κολάσεις πειρῶνται λανθάνειν ἀδικοῦντες, ἀνθρώπους δ' ὄντας λανθάνειν ὑμᾶς δυνατὸν ἐπιστάμενοι ἀδικοῦσιν, εἰ<sup>ε</sup> ἔμαθον καὶ ἐπέισθησαν Θεὸν ἀδύνατον εἶναι λαθεῖν τι, οὐ μόνον πραιτόμενον ἀλλὰ καὶ βουλετόμενον, κἂν διὰ τὰ ἐπιτιμώμενα ἐκ παντὸς τρόπου κόσμιοι ἦσαν, ὡς καὶ ὑμεῖς συμφήσετε. <sup>4</sup> Ἀλλ' εἰκόκατε δεδιέναι, μὴ πάντες δικαιοπράγησωσι καὶ ὑμεῖς οὐκ κολάζητε ἔτι οὐχ ἔξετε· δημίω δ' ἂν εἴη τὸ τοιοῦτον ἔργον, ἀλλ' οὐκ ἀρχόντων ἀγαθῶν.   
· *Πεπεῖσμεθα δ' ἐκ δαιμόνων φάτων, οἱ καὶ παρὰ τῶν ἀλόγων*

<sup>a</sup> Ita Veil, ὃν P et edit. omnes.

<sup>b</sup> Ita Thirlby Ashton

Veil. ὃν POKr.

<sup>c</sup> εἰ δ' OKr.

operatus esset, nisi mali daemones multa falsa impiaque crimina divulgavissent sociam adhibentes cupiditatem, quae cuique omnino mala et varia natura inest; eorum criminum nullum in nos quadrat.

11. Et vos, regnum a nobis exspectari audientes, humanum nos dicere temere suspicati estis, cum nos id regnum, quod cum deo est, dicamus, ut iam inde patet, quod a vobis interrogati fatemur nos esse Christianos, quamvis sciamus, confitenti mortis poenam positam esse. <sup>2</sup> Si enim humanum regnum exspectaremus, negaremus, ne occideremur, et latere conaremur, ut quae exspectamus consequeremur: sed quia in praesentibus spem non ponimus, de carnificibus non laboramus, praesertim cum utique moriendum sit.

12. Adiutores autem vobis et socii ad pacem sumus praec omnibus hominibus, quippe qui haec doceamus, fieri non posse, ut deum lateat maleficus aut avarus aut insidiosus aut virtute praeditus, et ad aeternam sive poenam sive salutem pro suis quemque meritis proficisci. <sup>2</sup> Si enim omnes homines hoc persuasum haberent, nemo vitium ad tempus eligeret sciens ad aeternam se vadere per ignem damnationem, sed omnino se contineret ornaretque virtute, ut bona a deo consequeretur suppliciaque effugeret. <sup>3</sup> Qui enim, etsi propter leges a vobis latas poenasque latere student peccantes, nihilominus, cum vos, utpote qui homines sitis, latere se posse sciant, peccant, si didicissent sibi que persuasissent deum fugere posse nihil, non solum actum sed etiam cogitatum, saltem propter imminetia mala omnino in officio manerent, ut et vos concedetis. <sup>4</sup> Sed timere videmini, ne omnes iustum colant neve vos, quos poena adficiatis, habeatis; verum hoc carnificum est, non bonorum principum. <sup>5</sup> Credimus autem daemones pravae, qui etiam ab iis, qui nulla ratione vivunt,

<sup>1</sup> Gentiles Christianis adfingebant *Θυέστεια δέπνα καὶ Οἰδιποδείους μίξεις* (Eus. hist. e. V 1, 14).

βιούντων αἰτοῦσι θύματα καὶ θεραπείας, καὶ ταῦτα, ὡς προσηγη-  
 μεν, ἐνεργεῖσθαι· ἀλλ' οὐχ ἡμᾶς, οἱ γε εἰσεβείας καὶ φιλοσοφίας  
 ὀρέγεσθε, ἄλογόν τι πράξει ἐπειλήψαμεν. <sup>6</sup> Εἰ δὲ καὶ ἡμεῖς  
 ὁμοίως τοῖς ἀνοήτοις τὰ εἶδη πρὸ τῆς ἀληθείας τιμᾶτε, πρᾶττετε  
 ὁ δύνασθε· τοσοῦτον δὲ δύνανται καὶ ἄρχοντες πρὸ τῆς ἀληθείας  
 δόξαν τιμῶντες, ὅσον καὶ ληστὰι ἐν ἐρημίᾳ. <sup>7</sup> Ὅτι δ' οὐ καλλιε-  
 ρήσετε<sup>1</sup>, ὁ λόγος ἀποδείκνυσιν, οὗ βασιλικώτατον καὶ δικαιοῦτα-  
 τον<sup>2</sup> ἄρχοντα μετὰ τὸν γεννήσαντα θεὸν<sup>3</sup> οὐδένα οἶδαμεν ὄντα.  
<sup>8</sup> Ὅν γὰρ τρόπον διαδέχεσθαι πενίας ἢ πάθῃ ἢ ἀδοξίας πατρικᾶς  
 ὑφαιρουῦνται πάντες, οὕτως καὶ ὅσα ἂν ὑπαγορεύσῃ ὁ λόγος μὴ  
 δεῖν αἰρεῖσθαι ὁ νουνεχῆς οὐχ αἰρήσεται<sup>4</sup>. <sup>9</sup> Γενήσεσθαι ταῦτα  
 πάντα προεῖπε, φημί, ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος καὶ τοῦ παιρὸς πάν-  
 των καὶ δεσπότης θεοῦ υἱὸς καὶ ἀπόστολος<sup>5</sup> ὢν Ἰησοῦς Χριστός,  
 ἀφ' οὗ καὶ τὸ Χριστιανοὶ ἐπονομάζεσθαι ἐσχίκαμεν. <sup>10</sup> Ὅθεν  
 καὶ βέβαιον γινόμεθα πρὸς τὰ δεδιγαμένα ὑπ' αὐτοῦ πάντα,  
 ἐπειδὴ ἔργον φαίνεται γινόμενα, ὅσα φθάσας γενέσθαι προεῖπεν·  
 ὁ περ θεοῦ ἔργον ἐστὶ, πρὶν ἢ γενέσθαι εἰπεῖν καὶ οὕτως δεχθῆναι  
 γινόμενον ὡς προεῖρηται. <sup>11</sup> Ἦν μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τούτοις παυσά-  
 μένους μηδὲν προστιθέναι, λογισαμένους ὅτι δίκαιά τε καὶ ἀληθῆ  
 ἀξιοῦμεν· ἀλλ' ἐπεὶ γνωρίζομεν οὐ ῥᾶον ἀγνοία κατεχομένην ψυ-  
 χὴν συντόμως μεταβάλλειν<sup>α</sup>, ὑπὲρ τοῦ πείσαι τοὺς φιλαλήθεις  
 μικρὰ προσθεῖναι προσθυμήθημεν, εἰδότες ὅτι οὐκ ἀδύνατον  
 ἀληθείας παρατεθείσης ἀγνοίαν φυγεῖν<sup>β</sup>.

<sup>α</sup> μεταβαλεῖν Ο.

<sup>1</sup> Καλλιερεῖν est: faustis omnibus sacrificare i. e. litare; hoc loco idem est atque optabilem exitum habere. <sup>2</sup> De superlativo, ubi comparativum exspectabatur, cum genetivo adhibito vide Hermannum ad Viger. ed. 4 p. 717 s. <sup>3</sup> Haec subordinatianismum, qui dicitur, redolent. Cfr. Ap. I 13, ubi dicit nos filium dei ἐν δευτέρᾳ χώρᾳ ἔχοντες. II 13: θεοῦ λόγον μετὰ τὸν θεὸν προσκυνοῦμεν. Dial. c. 56: (ὁ λόγος) ἐστὶ καὶ λέγεται θεὸς καὶ κύριος ἕτερος ὑπὸ τὸν ποιητὴν τῶν ὄλων. Dial. c. 100: ἀπὸ τοῦ πατρὸς δυνάμει αὐτοῦ καὶ βουλῇ προσελθόντα. Quin etiam Ap. II 6 legitur, filium ante creationem cum patre fuisse illum quidem, sed genitum esse, quando initio omnia per ipsum facta et disposita sint (ὁ λόγος πρ'

sacrificia et cultum exigunt, et haec, uti exposuimus, moliri; sed vos, qui quidem pietatis et philosophiae studiosi estis, insane quidquam facturos esse arbitrati non sumus. <sup>6</sup> Si vero et vos haud secus atque insipientes consuetudines veritati antefertis, facite quod potestis; tantum autem valent principes, qui veritati famam anteferunt, quantum praedones in desertis. <sup>7</sup> Neque vero litaturos vos esse, logos declarat, quo magis regium iustumque principem secundum genitorem deum nominamus neminem. <sup>8</sup> Ut enim paupertatem vel morbos vel ignominiam parentum ne haereditate accipiant, recusant omnes, ita quaecunque eligi logos vetuerit, vir sapiens non eliget. <sup>9</sup> Futura esse haec omnia praedixit, inquam, magister noster, qui patris omnium et domini dei filius et apostolus est, Iesus Christus, a quo etiam nomen Christianorum accepimus. <sup>10</sup> Unde etiam certi sumus de omnibus, quae ille docuit, propterea quod re ipsa videmus facta, quaecunque futura esse prius praedixit; quod quidem dei opus est, ut res, antequam fiant, edicantur itaque facta esse declarentur, ut praedictae sunt. <sup>11</sup> Atqui licebat hoc loco finem facere nihilque iam addere, quandoquidem et iusta et vera postulamus; sed quoniam haud facile animum errore implicitum brevi mutari cognoscimus, ut veritatis amatoribus persuaderemus, pauca adicere statuimus non ignorantes fieri posse, ut veritate proposita error effugiat.

*τῶν ποιημάτων συνὸν καὶ γεννόμενος, ὅτε τὴν ἀρχὴν δι' αὐτοῦ πάντα ἔκτισε καὶ ἐκόσμησεν*). Ex hisce aliisque locis Semisch (Justin II 288) recte mihi effecisse videtur, a Iustino filium minorem patre habitum esse. Eandem sententiam defendunt Feder S. L., Iustins des Märtyrers Lehre von Jesus Christus, Friburgi 1906, et Pfättisch O. S. B., Der Einfluss Platos etc. p. 86 ss. <sup>4</sup> Sensus est: Ut infirmitates corporis a parentibus hereditarias habere vult nemo, ita omnes pravas opiniones superstitionesque parentum fugere aequum est. <sup>5</sup> Etiam in c. 63, 5 et a sancto Paulo ad Hebr. 3, 1 Iesus *apostolus* adpellatur. <sup>6</sup> Hanc sententiam ex Iustino repetivit Irenaeus (adv. haer. III 2, 3).

13. Ἄθεοι μὲν οὖν ὡς οὐκ ἔσμεν, τὸν δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς σεβόμενοι, ἀνευθεῖν αἱμάτων καὶ σπονδῶν καὶ θυσιῶν αἱμάτων, ὡς ἐδιδάχθημεν, λέγοντες, λόγῳ εὐχῆς καὶ εὐχαριστίας ἐφ' οἷς προσφερόμεθα<sup>1</sup> πᾶσιν, ὅση δύναμις, αἰνοῦντες, μόνην ἀξίαν αὐτοῦ τιμὴν ταύτην παραλαβόντες, τὸ τὰ ὑπ' ἐκείνου εἰς διατροφὴν γενόμενα οὐ πρὸς δαπανᾶν, ἀλλ' ἑαυτοῖς καὶ τοῖς δεομένοις προσφέρειν<sup>1</sup>, <sup>2</sup> ἐκείνῳ δὲ εὐχαρίστους ὄντας διὰ λόγον πομπῆς<sup>2</sup> καὶ ὕμνους πέμπειν ὑπὲρ τε τοῦ γεγονέναι καὶ τῶν εἰς εὐρωστίαν πόρων πάντων, ποιότητων μὲν γενῶν καὶ μεταβολῶν ὠρῶν, καὶ τοῦ πάλιν ἐν ἀφθαρσίᾳ γενέσθαι διὰ πίστιν τὴν ἐν αὐτῷ αἰτήσεις πέμποντες, — τίς σωφρονῶν οὐχ ὁμολογήσει<sup>3</sup>; <sup>3</sup> Τὸν διδάσκαλόν τε τούτων γενόμενον ἡμῖν καὶ εἰς τοῦτο γεννηθέντα Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, τοῦ γενομένου ἐν Ἰουδαίᾳ ἐπὶ χρόνοις Τιβερίου Καίσαρος ἐπιτρόπου, νικῶν αὐτόν<sup>4</sup> τοῦ ὄντως Θεοῦ μαθόντες καὶ ἐν δευτέρᾳ χώρᾳ ἔχοντες, πνεῦμά τε προφητικὸν<sup>4</sup> ἐν τρίτῃ τάξει ὅτι μετὰ λόγον τιμῶμεν, ἀποδείξομεν. <sup>4</sup> Ἐνταῦθα γὰρ μαρίαν ἡμῶν καταφαίνονται, δευτέραν χώραν μετὰ τὸν ἄτρεπτον καὶ ἀεὶ ὄντα Θεὸν καὶ γεννητορὰ τῶν ἀπάντων ἀνθρώπων σταυρωθέντι διδόναι ἡμᾶς λέγοντες, ἀγροῦντες τὸ ἐν τούτῳ μυστήριον, ᾧ προσέχειν ἡμᾶς ἐξηγουμένων ἡμῶν προτροπέμεθα.

14. Προλέγομεν γὰρ ὑμῖν φυλάξασθαι, μὴ οἱ προδιαβεβλημένοι ἐφ' ἡμῶν δαίμονες ἐξαπατήσωσιν ὑμᾶς καὶ ἀποτρένωσι τοῦ ὅλως ἐντυχεῖν καὶ συνεῖναι τὰ λεγόμενα (ἀγωνίζονται γὰρ ἔχειν ὑμᾶς δούλους καὶ ἐπηρέτας, καὶ ποτὲ μὲν δι' ὀνειρώων ἐπιφανείας, ποτὲ δ' αὖ διὰ μαγικῶν στρωφῶν χειροῦνται πάντας τοὺς οὐκ ἔσθ' ὅπως ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας ἀγωνιζομένους), ὃν τρόπον

<sup>2</sup> αὐτοῦ P, fortasse retinendum.

<sup>1</sup> προσφέρεισθαι vesci, προσφέρειν offerre. <sup>2</sup> Πομπαί hoc loco sunt preces solemniter modo recitatae. <sup>3</sup> Ex his aliisque dictis s. Iustini (maxime ex Dial. c. 117) nostris temporibus Wieland ('Mensa and Confessio', Monaci 1906 et 'Die vorirenäische Opfertheorie', Mon. 1909)

13. Atheos igitur nos non esse, qui opificem huius universi colamus, eum sanguine et libamentis odoribusque non egero, quemadmodum edocti sumus, dicamus, verbo pre-  
 cationis gratiarumque actionis pro omnibus, quibus vescimur, quantum possumus, laudemus, cum eum solum honorem eo dignum esse acceperimus, ut ea, quae ab illo alimenta facta sunt, non igne consumamus, sed nobis et indigentibus offeramus fruenda, <sup>2</sup> illi autem gratos nos exhibentes verbis solemnes preces hymnosque mittamus pro creatione omnibusque ad salutem corporis adiumentis, pro varietatibus rerum et vicissitudinibus temporum, precesque fundamus, uti rursus in aeternitatem exadamus per fidem, quam in eo habemus — quis ratione usus non concedet? <sup>3</sup> Porro Iesum Christum, qui harum rerum doctor nobis factus et ad id natus est, qui crucifixus est Pontio Pilato in Iudaea temporibus Tiberii Caesaris procuratore, quem eundem veri dei filium esse cognovimus et secundo loco habemus, necnon spiritum propheticum tertio ordine non sine ratione nos venerari demonstrabimus. <sup>4</sup> In ea re insaniae nos inculant, cum alterum locum post immutabilem et aeternum deum auctoremque omnium homini crucifixo nos dare dicant, ignorantes huius rei mysterium, ad quod explicantibus nobis ut attendatis hortamur.

14. Praenuntiamus enim vobis cavendum esse, ne daemones a nobis antea insimulati vos decipiant et a legendis intellegendisque omnino iis, quae dicimus, deflectant (contendunt enim vos habere servos et ministros et modo somniorum visis modo magicis praestigiis domant, quotquot nullo modo ad salutem suam contendunt), quemadmodum et nos, postquam

efficere voluit, ante s. Irenaeum solas preces gratiarumque actiones, non autem corpus et sanguinem domini Iesu Christi, a Christianis pro sacrificiis habitas esse. Contra hanc sententiam vide meum librum *Eucharistie und Bußsakrament in den ersten sechs Jahrhunderten der Kirche*. 2. edit. Frib. 1910. <sup>4</sup> Vide supra c. 6, 2.

καὶ ἡμεῖς μετὰ τὸ τῷ λόγῳ πεισθῆναι ἐκείνων μὲν ἀπέστημεν,  
 θεῷ δὲ μόνῳ ἀγεννήτῳ<sup>1</sup> διὰ τοῦ υἱοῦ ἐπόμεθα. <sup>2</sup> οἱ πάλαι  
 μὲν πορνείαις χαίροντες, νῦν δὲ σωφροσύνην μόνην ἀσπαζόμενοι·  
 οἱ δὲ καὶ μαγικαῖς τέχναις χρώμενοι, νῦν<sup>a</sup> ἀγαθῷ καὶ ἀγεννήτῳ  
 θεῷ ἑαυτοὺς ἀνατεθεικότες· χρημάτων δὲ καὶ κτημάτων<sup>2</sup> οἱ πό-  
 ρους παντὸς μᾶλλον στέργοντες, νῦν καὶ ἅ ἔχομεν εἰς κοινὸν φέ-  
 ροντες καὶ παντὶ δεομένῳ κοινωροῦντες. <sup>3</sup> οἱ μισάλληλοι δὲ  
 καὶ ἀλληλοφόνοι καὶ πρὸς τοὺς οὐχ ὁμοφύλους διὰ τὰ ἔθνη καὶ  
 ἐστίας κοινὰς μὴ ποιοῦμενοι, νῦν μετὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ  
 ὁμοδίαιοι γινόμενοι, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ἐχόμενοι, καὶ τοὺς  
 ἀδίκως μισοῦντας πείθειν πειρώμενοι, ὅπως οἱ κατὰ τὰς τοῦ  
 Χριστοῦ καλὰς ὑποθημοσύνας βιώσαντες ἐέλπιδες ὡς σὺν ἡμῖν  
 τῶν αὐτῶν παρὰ τοῦ πάντων δεσπόζοντος θεοῦ τυχεῖν. <sup>4</sup> Ἴνα  
 δὲ μὴ σοφίζεσθαι ὑμᾶς δόξωμεν, ὀλίγων τινῶν τῶν παρ' αὐτοῦ  
 τοῦ Χριστοῦ διδασμάτων ἐπιμνησθῆναι καλῶς ἔχειν πρὸ τῆς ἀπο-  
 δείξεως<sup>3</sup> ἠγησάμεθα, καὶ ὑμέτερον ἔστω ὡς δυνατῶν βασιλέων  
 ἐξετάσαι, εἰ ἀληθῶς ταῦτα δεδιδάγμεθα καὶ διδάσκομεν. <sup>5</sup> Βρα-  
 χεῖς δὲ καὶ σύντομοι παρ' αὐτοῦ λόγοι γεγόνασιν<sup>4</sup>· οὐ γὰρ σοφι-  
 στής ὑπῆρχεν, ἀλλὰ δύναμις θεοῦ ὁ λόγος αὐτοῦ ἦν<sup>5</sup>.

15. Περὶ μὲν οὖν σωφροσύνης τοσοῦτον εἶπεν. „Ὅς<sup>6</sup> ἂν  
 ἐμβλέψῃ γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσε τῇ  
 καρδίᾳ παρὰ τῷ θεῷ“. <sup>2</sup> Καί· „εἰ<sup>7</sup> ὁ ὀφθαλμὸς σου ὁ δεξιὸς  
 σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτόν· συμφέρει γάρ σοι μονόφθαλμον  
 εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἢ μετὰ τῶν δύο πεμ-  
 φθῆναι εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ“. <sup>3</sup> Καί· „Ὅς<sup>8</sup> γαρμεὶ ἀπολελυμέ-

<sup>a</sup> om. P.

<sup>1</sup> Ingenitum esse dei maxime proprium est, id quod a veteribus saepissime declaratum est; ex. gr. Iust. dial. c. 5: *μόνος ἀγέννητος . . . καὶ διὰ τοῦτο θεός*. Iren. adv. haer. IV 38, 3: *Τέλειος γὰρ ὁ ἀγέννητος, οἷτος δὲ ἐστι θεός*. Tert. adv. Marc. V 1: *'Nihil sine origine nisi solus deus'*. <sup>2</sup> *Χρήματα* sunt res quae moveri possunt, *κτίματα* vero res immobiles. <sup>3</sup> Hanc demonstrationem, quam c. 13, 3 promisit, in cc. 30—53 potissimum exsecutus est, vaticinia veteris testamenti plurima

logo obtemperavimus, ab istis defecimus, deum vero solum ingenitum per filium sequimur; <sup>2</sup> olim impudicitias gavisi, nunc castimoniam solam amplectentes; magicis artibus usi, nunc bono ingenitoque deo consecrati; pecuniarum et fundorum prae omnibus rebus amantes, nunc et ea, quae habemus, in commune conferentes et cum egentissimo quoque communicantes; <sup>3</sup> mutuis odiis caedibusque nos persecuti et cum iis, qui contribules non erant, propter vitae instituta etiam communes focos adspernati, nunc post adventum Christi convictores facti et pro inimicis orantes et, qui nos immerito oderunt, iis persuadere conantes, ut secundum praeclara Christi praecepta viventes magna sint in spe, eadem se ac nos a dominatore omnium deo consecuturos esse. <sup>4</sup> Ne autem vos decipere videremur, pauca quaedam ex ipsius Christi praeceptis commemorare opportunum esse duximus, antequam demonstrationis initium faceremus, et vestrum esto ut potentium regum spectare, num vera haec didicerimus et doceamus. <sup>5</sup> Breves autem et circumcisi sermones eius fuerunt; non enim sophista exstitit, sed virtus dei verbum eius fuit.

15. De castitate igitur haec dixit: *Qui inspexerit mulierem ad concupiscendam eam, iam moechatus est in corde suo coram deo.* <sup>2</sup> *Et: Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum; bonum enim tibi est, cum uno oculo in regnum caelorum intrare, quam cum duobus in ignem aeternum mitti.* <sup>3</sup> *Et: Qui duxerit*

congerendo. <sup>4</sup> Etiam Dial. c. 18 βραχεία ait Christi esse λόγια. Nota est sophistarum loquacitas. <sup>5</sup> In capitibus 15—17 congerit Iust. complura Christi dicta de evangeliiis synopticis deprompta ad probandam sublimitatem morum Christianorum; ex hac enim sublimitate potissimum apologetae veteres divinam religionis suae originem effecerunt; cfr. Ep. ad Diognet. c. 5 et 6; Minuc. Felic., Oct. c. 38: 'Non eloquimur magna, sed vivimus'. Tert. (ad nat. I 4) postquam virtutes Christianorum enumeravit, concludit: 'Qui vult intellegere, qui sint Christiani, istis indicibus utatur necesse est'. <sup>6</sup> Matth. 5, 28. <sup>7</sup> Matth. 5, 29; 18, 9. <sup>8</sup> Matth. 5, 32.

την ἀφ' ἑτέρου ἀνδρός, μοιχᾶται<sup>4</sup>. 4 Καί· „Εἰσὶ<sup>1</sup> τινες οἵτινες εὐνοχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, εἰσὶ δὲ οἱ ἐγεννήθησαν εὐνοῖχοι, εἰσὶ δὲ οἱ εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· πλὴν οὐ πάντες τοῦτο χωροῦσιν“. 5 Ὅσπερ καὶ οἱ νόμοι ἀνθρωπίνῃ διγαμίας ποιούμενοι<sup>2</sup> ἁμαρτωλοὶ παρὰ τῷ ἡμετέρῳ διδασκάλῳ εἰσὶ, καὶ οἱ προσβλέποντες γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς· οὐ γὰρ μόνον ὁ μοιχεύων ἔργῳ ἐκβέβληται παρ' αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ ὁ μοιχεῦσαι βουλόμενος, ὡς οὐ τῶν ἔργων φανερῶν μόνον τῷ θεῷ ἀλλὰ καὶ τῶν ἐνθυμημάτων. 6 Καὶ πολλοὶ τινες καὶ πολλὰ ἐξηκοντοῦται καὶ ἐβδομηκοντοῦται, οἱ ἐκ παιδῶν ἐμαθητεύθησαν τῷ Χριστῷ<sup>3</sup>, ἄφθοροι διαμένονσι· καὶ εἴχομαι κατὰ πᾶν γένος ἀνθρώπων τοιούτους δεῖξαι. 7 Τί γὰρ καὶ λέγομεν τὸ ἀναρίθμητον πλῆθος τῶν ἐξ ἀκολασίας μεταβαλόντων καὶ ταῦτα μαθόντων; οὐ γὰρ τοὺς δικαίους οὐδὲ τοὺς σώφρονας εἰς μετάνοιαν ἐκάλεσεν ὁ Χριστός, ἀλλὰ τοὺς ἄσεβεῖς καὶ ἀκολάστους καὶ ἀδίκους. 8 Εἶπε δὲ οὕτως· „Οὐκ<sup>4</sup> ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν“. Θέλει γὰρ ὁ πατὴρ ὁ οὐράνιος τὴν μετάνοιαν τοῦ ἁμαρτωλοῦ ἢ τὴν κόλασιν αὐτοῦ. 9 Περὶ δὲ τοῦ στέργειν ἅπαντας ταῦτα ἐδίδαξεν· „Εἰ<sup>5</sup> ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, τί καινὸν ποιεῖτε; καὶ γὰρ οἱ πόρνοι τοῦτο ποιοῦσιν. Ἐγὼ δὲ ὑμῖν λέγω· Εὐχέσθε ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ὑμῶν καὶ ἀγαπᾶτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς καὶ εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμῖν καὶ εὐχέσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς“. 10 Εἰς δὲ τὸ κοινωνεῖν τοῖς δεομένοις καὶ μηδὲν πρὸς δόξαν ποιεῖν ταῦτα ἔφη· „Παντὶ<sup>6</sup> τῷ αἰτοῦντι δίδοτε καὶ τὸν βουλόμενον δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῆτε. Εἴ<sup>7</sup> γὰρ δανείζετε παρ' ὧν ἐλπίζετε λαβεῖν, τί καινὸν ποιεῖτε;

<sup>1</sup> Matth. 19, 11. 12.

<sup>2</sup> Agitur de eo, qui uxore ex legibus dimissa aliam ducit; hoc enim quamvis legibus humanis liceret, a Christianis adulterium habebatur. Quam autem crebra temporibus imperatorum divortia apud gentiles fuerint, praeclare a Seneca inlustratur, qui (de benef. III 16) narrat, multas nobiles feminas annos non consulum sed maritorum ex numero computare. Tertullianus ut Montanista alteras

*dimissam ab alio viro, adulterat.* <sup>4</sup> Et: *Sunt quidam, qui eunuchi facti sunt ab hominibus, sunt, qui nati sunt eunuchi, sunt, qui se ipsi castraverunt propter regnum caelorum; sed non omnes hoc capiunt.* <sup>5</sup> Itaque et qui ex lege humana alteras nuptias faciunt, peccatores sunt apud nostrum magistrum, et qui mulierem adspiciunt ad concupiscendam eam; nam non solum, qui re vera moechatur, reiectus est ab eo, sed etiam qui moechari vult, quia non solum facta sed etiam cogitata deo aperta sunt. <sup>6</sup> Et multi quidem et multae sexaginta et septuaginta annorum, qui a pueris Christi discipuli fuerunt, incorrupti permanent, et in omni genere hominum tales monstrare me posse profiteor. <sup>7</sup> Quid enim innumerabilem quoque eorum multitudinem commemoremus, qui intemperanti vita peracta se converterunt et haec didicerunt? Non enim iustos vel castos ad paenitentiam vocavit Christus, sed impios et intemperantes et iniustos. <sup>8</sup> Ita enim dixit: *Non veni vocare iustos sed peccatores ad paenitentiam.* Mavult enim pater caelestis paenitentiam peccatoris quam poenam eius. <sup>9</sup> De cunctis autem hominibus diligendis ita docuit: *Si diligitis eos, qui vos diligunt, quid novi facitis? Nam etiam fornicatores hoc faciunt. Ego autem vobis dico: Precamini pro inimicis vestris et diligite eos, qui vos oderunt, et benedicite iis, qui maledicunt vobis, et orate pro calumniantibus vos.* <sup>10</sup> Ut autem nostra communicaremus cum egentibus nec quidquam gloriae causa faceremus, haec dixit: *Quicumque petit a te, da ei et a volente mutuari a te ne avertaris; si enim mutuum datis iis, a quibus vos recepturos esse speratis, quid novi facitis? Hoc etiam publicani faciunt.* <sup>11</sup> *Vos autem nolite vobis conligere thesauros in terra, ubi tinea et aerugo demolitur et fures*

nuptias omnino improbat, etiamsi mortua priore uxore fuerit (de monog. c. 4): Athenagoras eas honestum adulterium adpellat (suppl. c. 33, 9).

<sup>2</sup> Inde non sequitur, hos iam in pueritia baptizatos esse.

<sup>4</sup> Luc. 5, 32.

<sup>5</sup> Matth. 5, 44—46; Luc. 6, 27.

<sup>6</sup> Matth. 5, 42.

<sup>7</sup> Luc. 6, 34.

τοῦτο καὶ οἱ τελῶναι ποιοῦσιν. <sup>11</sup> Ὑμεῖς<sup>1</sup> δὲ μὴ θησαυρίζετε ἑαυτοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπου σῆς καὶ βρωῖσις ἀφανίζει καὶ λησταιὶ διορύσσουσι· θησαυρίζετε δὲ ἑαυτοῖς ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅπου οὔτε σῆς οὔτε βρωῖσις ἀφανίζει. <sup>12</sup> Τί<sup>2</sup> γὰρ ὠφελείται ἄνθρωπος, ἂν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ἀπολέσῃ; ἢ τί δώσει αὐτῆς ἀντάλλαγμα; θησαυρίζετε<sup>3</sup> οὖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅπου οὔτε σῆς οὔτε βρωῖσις ἀφανίζει<sup>4</sup>. <sup>13</sup> Καί· „Γίνεσθε<sup>4</sup> δὲ χρηστοὶ καὶ οἰκτιρμοῦνες, ὡς καὶ ὁ πατήρ ἡμῶν χρηστός ἐστι καὶ οἰκτιρῶν, καὶ τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ ἀμαρτωλοὺς καὶ δικαίους καὶ πονηροὺς. <sup>14</sup> Μὴ μεριμνᾶτε<sup>5</sup> δὲ τί φάγητε ἢ τί ἐνδύσησθε. Οὐχ ὑμεῖς τῶν πετεινῶν καὶ τῶν θηρίων διαφέρετε; καὶ ὁ θεὸς τρέφει αὐτά. <sup>15</sup> Μὴ οὖν μεριμνήσητε τί φάγητε ἢ τί ἐνδύσησθε· οἶδε γὰρ ὁ πατήρ ἡμῶν ὁ οὐράνιος ὅτι τούτων χρεῖαν ἔχετε. <sup>16</sup> Ζητεῖτε δὲ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. Ὅποι<sup>6</sup> γὰρ ὁ θησαυρός ἐστιν, ἐκεῖ καὶ ὁ νοῦς τοῦ ἀνθρώπου“. <sup>17</sup> Καί· „Μὴ<sup>7</sup> ποιῆτε ταῦτα πρὸς τὸ θεαθῆναι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· εἰ δὲ μὴ γε, μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς“.

**16.** Περὶ δὲ τοῦ ἀνεξικιάκους εἶναι καὶ ὑπηρετικούς πᾶσι καὶ ἀοργήτους ἃ ἔφη ταῦτά ἐστι· „Τῷ<sup>8</sup> τύπτοντί σου τὴν σιαγόνα πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην, καὶ τὸν αἶροντά σου τὸν χιτῶνα ἢ τὸ ἱμάτιον μὴ κωλύσης. <sup>2</sup> Ὅς<sup>9</sup> δ' ἂν ὀργισθῇ, ἐροχός ἐστιν εἰς τὸ πῦρ. Παντί<sup>10</sup> δὲ ἀγγαρεύοντί σε μίλιον ἀκολούθησον δίο. Λαμψάτω<sup>11</sup> δὲ ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἵνα βλέποντες θαυμάζωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς“. <sup>3</sup> Οὐ γὰρ ἀνταίρειν δεῖ· οὐδὲ μιμητὰς εἶναι τῶν φαύλων βεβούληται ἡμᾶς, ἀλλὰ διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ πραότητος ἐξ αἰσχύνης καὶ ἐπιθυμίας τῶν κακῶν ἄγειν πάντας προειδέωτο. <sup>4</sup> Ὁ γὰρ καὶ ἐπὶ πολλῶν τῶν παρ' ὑμῖν γεγεννημένων ἀποδειξαι ἔχομεν· ἐκ βιαίων καὶ τυράννων μετέβαλον, ἠτιγηθέντες ἢ γειτό-

<sup>1</sup> Matth. 6, 19, 20.<sup>2</sup> Matth. 16, 26.<sup>3</sup> Matth. 6, 20.<sup>4</sup> Matth. 5, 45.<sup>5</sup> Matth. 6, 25 squ.<sup>6</sup> Matth. 6, 21.<sup>7</sup> Matth. 6, 1.

*effodiunt; conligite autem vobis thesauros in caelo, ubi neque tinea neque aerugo demolitur.* <sup>12</sup> *Quid enim prodest homini, si mandum universum lucretur, animae autem suae detrimentum patiatur? Aut quam dabit pro ea commutationem? Conligite ergo thesauros in caelis, ubi neque tinea neque aerugo demolitur.* <sup>13</sup> *Et: Estote benigni et misericordes, sicut etiam pater vester benignus et misericors est et solem suum oriri facit super peccatores et iustos et malos.* <sup>14</sup> *Ne solliciti sitis, quid manducetis nere quid induamini. Nonne vos volatilibus et bestiis praestatis? Et deus pascit illa.* <sup>15</sup> *Ne igitur solliciti sitis, quid manducetis necce quid induamini; scilicet enim pater vester caelestis vos hisce indigere.* <sup>16</sup> *Quaerite autem regnum dei et haec omnia adicientur vobis. Ubi enim thesaurus est, ibi etiam cor hominis.* <sup>17</sup> *Et: Ne feceritis haec, ut videamini ab hominibus; alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in caelis est.*

16. Quae autem dixit, ut malorum patientes essemus et ad serviendum omnibus parati et ira vacui, haec sunt: *Qui te percutit in maxillam, praebere et alteram. Et ab eo, qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere.* <sup>2</sup> *Qui autem ira excanduerit, obnoxius est igni. Quicumque te angariaverit mille passus, vade cum eo et alia duo. Luceant vestra bona opera coram hominibus, ut qui spectant admirentur patrem vestrum, qui in caelis est.* <sup>3</sup> Non enim reluctari oportet, neque imitatores esse pravorum nos voluit, sed ut patientia et mansuetudine a dedecore et cupiditate malorum omnes abducere-mus, hortatus est. <sup>4</sup> Quod sane de multis, qui apud vos fuerunt, demonstrare possumus; ex violentis et tyrannis im-

<sup>8</sup> Luc. 6, 29.<sup>9</sup> Matth. 5, 22.<sup>10</sup> Matth. 5, 41.<sup>11</sup> Matth. 5, 16.

νων καρτερίαν βίον παρακολουθήσαντες ἢ συνοδοιπόρων πλεονεκιουμένων ὑπομονὴν ξένην κατανοήσαντες ἢ συμπραγματευομένων πειραθέντες. <sup>5</sup> Περὶ δὲ τοῦ μὴ ὀμνῆναι ὅλως, τᾶληθῆ δὲ λέγειν αἰεὶ, οὕτως παρεκελεύσατο· „Μὴ ὀμόσητε<sup>1</sup> ὅλως· ἔστω δὲ ὑμῶν τὸ ναὶ ναί, καὶ τὸ οὐ οὐ· τὸ δὲ περισσὸν τοιούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ“. <sup>6</sup> Ὡς δὲ καὶ τὸν Θεὸν μόνον δεῖ προσκυνεῖν, οὕτως ἐπεισαν εἰπών· „Μεγίστη<sup>2</sup> ἐντολὴ ἐστὶν· Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου“, κύριον τὸν Θεὸν τὸν ποιήσαντά σε. <sup>7</sup> Καὶ<sup>3</sup> προσελθόντος αὐτῆ<sup>4</sup> τινος καὶ εἰπόντος· Λιθάσκαλε ἀγαθέ, ἀπεκρίνατο λέγων· Οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός, ὁ ποιήσας τὰ πάντα“. <sup>8</sup> Οἱ δ' ἂν μὴ εὐρίσκωνται βιοῦντες, ὡς ἐδίδαξε, γνωριζέσθωσαν μὴ ὄντες Χριστιανοί, καὶ λέγωσιν διὰ γλώττης τὰ τοῦ Χριστοῦ διδάγματα· οὐ γὰρ τοὺς μόνον λέγοντας, ἀλλὰ τοὺς καὶ τὰ ἔργα πράττοντας σωθήσεσθαι ἔφη. <sup>9</sup> Εἶπε γὰρ οὕτως· „Οὐχὶ<sup>4</sup> πᾶς ὁ λέγων μοι Κύριε· κύριε εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. <sup>10</sup> Ὡς<sup>5</sup> γὰρ ἀκούει μου καὶ ποιεῖ ἃ λέγω ἀκούει τοῦ ἀποστείλαντός με. <sup>11</sup> Πολλοὶ<sup>6</sup> δὲ ἐροῦσί μοι· Κύριε κύριε, οὐ τῆ<sup>7</sup> σῶ<sup>8</sup> ὀνόματι ἐφάγομεν καὶ ἐπίομεν καὶ δυνάμεις ἐποιήσαμεν; καὶ τότε ἐροῦν αὐτοῖς· Ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ, ἐργάται τῆς ἀνομίας. <sup>12</sup> Τότε<sup>7</sup> κλανθμός ἐστὶ καὶ βρυγμός τῶν ὀδόντων, ὅταν οἱ μὲν δίκαιοι λάμπωσιν ὡς ὁ ἥλιος, οἱ δὲ ἄδικοι πέμψωνται εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ. <sup>13</sup> Πολλοὶ<sup>8</sup> γὰρ ἤξουσιν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἔξωθεν

<sup>1</sup> Matth. 5, 34. 37. Ex hisce verbis evangelii (et Iac. 5, 12) Iust. conlegit, iurare Christianis omnino non licere. Idem censent complures alii s. patres, ut Irenaeus (adv. haer. II 32, 1), Basilius (hom. 1 in psalm. 15), Joh. Chrys. (hom. 15 in Genesim nr. 5): *Οὐκ ἔξεστι γὰρ οἷτε ἐπὶ δικαίῳ οὔτε ἐπὶ ἀδίκῳ ὀμνῆναι*. Eusebius (hist. e. VI 5) narrat, temporibus Origenis Basilidem militem recusasse ne iuraret, quia Christianus esset. Etiam in Actis s. Apollonii martyris legitur (36): *Προσῆτι δὲ καὶ μηδὲ ὅλως ὀμνῆναι ἀλλ' ἐν πᾶσιν ἀληθεύειν ὑπ' αὐτοῦ προστετάγμεθα*. Cfr. Stäudlin, Geschichte der Vorstellungen und Lehren vom Eide,

mutati sunt, victi vel vicinorum vitae constantiam spectando vel vitae comitum defraudatorum inauditam patientiam cognoscendo vel eandem experiendo in iis, quibuscum negotiabantur. 5 Ne autem omnino iurarem et ut semper vera diceremus, ita praecepit: *Ne iuretis omnino, sit autem vestrum 'est est' et 'non non'; quod autem his abundantius est, a malo est.* 6 Atqui deum solum adorandum esse ita hominibus persuasit dicens: *Maximum mandatum est: Dominum deum tuum adorabis et illi soli servies ex toto corde tuo et ex tota virtute tua, dominum deum, qui te fecit.* 7 Et accedente ad eum quodam ac dicente: *Magister bone!* respondit dicens: *Nemo bonus nisi solus deus, qui fecit omnia.* 8 Qui autem non ita, ut docuit, viventes inveniuntur, Christiani ne habeantur, etiamsi lingua Christi doctrinas profitentur; non enim eos, qui profitentur tantum, sed eos, qui etiam facta exhibent, salvos fore dixit. 9 Ita enim: *Non omnis, inquit, qui dicit mihi: domine domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit voluntatem patris mei, qui in caelis est.* 10 *Qui enim audit me et facit, quae dico, audit eum, qui misit me.* 11 *Multi autem dicent mihi: Domine, domine, nonne in nomine tuo edimus et bibimus et virtutes fecimus? Et tunc dicam eis: Discelite a me, qui operamini iniquitatem.* 12 *Tunc fletus erit et stridor dentium, cum iusti quidem fulgebunt ut sol, iniusti autem mittentur in ignem aeternum.* 13 *Multi enim venient in nomine meo extrinsecus induti pellibus ovium, cum sint intrinsecus lupi rapaces; ex fructibus eorum cognoscetis eos. Omnis autem arbor non faciens fructum bonum exciditur*

Gottingae 1824. At Göpfert (Der Eid, Moguntiaci 1883) non omnino hosce patres iusiurandum improbare putat; quod non probo. Ita s. Chrysostomus (hom. de statuis 16, 2): *Ὁ θεὸς εἶπε· Μὴ ἰμόσης, μὴ ἀπαίτει με λοιπὸν εἰθίνας. Νόμος ἐστὶ βασιλικός· ὁ θεὸς αὐτὸν οἶδε τὸν λόγον τοῦ νόμου· εἰ μὴ συμφέρον ᾔν, οὐκ ἂν ἐκόλυσεν, οὐκ ἂν ἀπηγόρευσεν.*

<sup>2</sup> Matth. 22, 37. 38; Marc. 12, 30.      <sup>3</sup> Marc. 10, 17. 18; Luc. 18, 18. 19.

<sup>4</sup> Matth. 7, 21.      <sup>5</sup> Luc. 10, 16.      <sup>6</sup> Matth. 7, 22. 23; Luc. 13, 26.

<sup>7</sup> Matth. 13, 42. 43.      <sup>8</sup> Matth. 7, 15 s.

μὲν ἐνδεδνμένοι δέοματα προβάτων, ἔσωθεν δὲ ὄντιες λύκοι ἄρπαγες· ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. Πᾶν δὲ δένδρον, μὴ ποιῶν καρπὸν καλόν, ἐκκόπτεται καὶ εἰς πῦρ βάλλεται“. 14 Κολάζεσθαι δὲ τοὺς οὐκ ἀκολούθως τοῖς διδάγμασιν αὐτοῦ βιοῦντας, λεγομένους δὲ μόνον Χριστιανούς, καὶ ἰφ' ὑμῶν ἀξιῶμεν.

17. Φόρους δὲ καὶ εἰσφορὰς τοῖς ἰφ' ὑμῶν τεταγμένοις πανταχοῦ πρὸ πάντων πειρώμεθα φέρειν, ὡς ἐδιδάχθημεν παρ' αὐτοῦ. 2 Κατ' ἐκεῖνο<sup>1</sup> γὰρ τοῦ καιροῦ προσελθόντες τινὲς ἰρώτων αὐτόν, εἰ δεῖ Καίσαρι φόρους τελεῖν. Καὶ ἀπεκρίνατο· „Εἶπατέ μοι, τίνος εἰκόνα τὸ νόμισμα ἔχει“; Οἱ δὲ ἔφασαν· „Καίσαρος“. Καὶ πάλιν ἀνταπεκρίνατο αὐτοῖς· „Ἀπόδοτε οὖν τὰ Καίσαρος τῷ Καίσαρι καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ.“ 3 Ὅθεν Θεὸν μὲν μόνον προσκυνοῦμεν, ὑμῖν δὲ πρὸς τὰ ἄλλα χαίροντες ὑπηρετοῦμεν, βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας ἀνθρώπων ὁμολογοῦντες καὶ εὐχόμενοι μετὰ τῆς βασιλικῆς δυνάμεως καὶ σώφρονα τὸν λογισμὸν ἔχοντας ὑμᾶς εὐρεθῆναι. 4 Εἰ δὲ καὶ ἡμῶν εὐχομένων καὶ πάντα εἰς φανερόν τιθέντων ἀφροντιστήσετε, οὐδὲν ἡμεῖς βλαβησόμεθα, πιστεύοντες, μᾶλλον δὲ καὶ πεπεισμένοι, κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων ἕκαστον τίσειν διὰ πυρὸς αἰωνίου δίκας, καὶ πρὸς ἀναλογίαν ὧν ἔλαβε δυνάμεων παρὰ Θεοῦ τὸν λόγον ἀπαιτηθήσεσθαι, ὡς ὁ Χριστὸς ἐμήνυσεν εἰπών· „Ἵτι<sup>2</sup> πλέον ἔδωκεν ὁ Θεός, πλέον καὶ ἀπαιτηθήσεται παρ' αὐτοῦ“.

18. Ἀποβλέψατε<sup>3</sup> γὰρ πρὸς τὸ τέλος ἕκαστου τῶν γενομένων βασιλέων, ὅτι τὸν κοινὸν πᾶσι θάνατον ἀπέθανον· ὅπερ<sup>4</sup> εἰ εἰς ἀναισθησίαν ἐχώρει, ἔρμαιον ἂν ἦν τοῖς ἀδίκους πᾶσιν<sup>5</sup>. 2 Ἄλλ' ἐπεὶ καὶ αἰσθησις πᾶσι γενομένοις μένει καὶ κόλασις αἰωνία ἀπόκειται, μὴ ἀμελήσητε πεισθῆναι τε καὶ πιστεῦσαι ὅτι ἀληθῆ ταῦτά ἐστι. 3 Νεκρομαρτεῖται<sup>6</sup> μὲν γὰρ καὶ αἱ ἀδία-

<sup>1</sup> Matth. 22, 17 s.

<sup>2</sup> Luc. 12, 48.

<sup>3</sup> In hoc capite Iust. immortalitatem animae conligit ex variis speciebus divinationis, quibus ethnici utobantur, et ex sententiis Homeri philosophorumque.

<sup>4</sup> i. e.

mori. <sup>5</sup> Hoc dictum Platonis est (Phaedon 107c): Εἰ μὲν γὰρ ἦν

*et in ignem mittitur.* <sup>14</sup> Ut vero ii, qui non secundum doctrinas eius vivunt Christianique dicuntur solummodo, puniantur, et a vobis petimus.

17. Tributa ac vectigalia iis, qui a vobis ubique constituti sunt, prae omnibus pendere studemus, quemadmodum ab eo edocti sumus. <sup>2</sup> Illis enim temporibus quidam accedentes interrogaverunt eum, num oporteret Caesari census dare. Et respondit: *Dicite mihi: Cuius imaginem numisma habet? Illi autem dixerunt: Caesaris. Et iterum iis respondit: Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari et quae sunt dei deo.* <sup>3</sup> Inde deum solum adoramus, vobis autem in ceteris rebus lacti servimus, reges vos et principes hominum profitentes et precantes, ut cum regia potestate sanam quoque mentem habentes inveniamini. <sup>4</sup> Quodsi nos precantes et omnia in lucem proferentes neglexeritis, nihil damni habebimus, cum credamus atque etiam persuasum habeamus, pro meritis factorum unum quemque in igne aeterno poenas daturum et pro facultatibus a deo acceptis rationem redditurum esse, quemadmodum Christus declaravit dicens: *Cui plus deus dedit, plus ab eo etiam reposcetur.*

18. Intuemini enim exitum priorum cuiusque regum, qui communem omnium mortem obierunt; quod quidem si sensum adimeret, lucrosus esset iniquis omnibus. <sup>2</sup> Sed quia et sensus omnibus, qui unquam fuerunt, remanet et supplicium aeternum reservatum est, vobis persuadere et vera haec esse credere ne neglegatis. <sup>3</sup> Necromantiae enim et incorruptorum puerorum inspectiones animarumque humanarum

*θανάτος τοῦ παντός ἀπαλλαγῆ, ἔρμαιον ἂν ἦν τοῖς κακοῖς ἀποθανεῖν.*

<sup>6</sup> Necromantiae seu spiritismi. qui dicitur, inlustre exemplum vide 1 Sam. 28, 7 ss.

γ θόρων παιδων ἐποπιτεύσεις<sup>1</sup> καὶ ψυχῶν ἀνθρωπίνων κλήσεις καὶ οἱ λεγόμενοι παρὰ τοῖς μάγοις ὄνειροπομποὶ καὶ πάρεδροι καὶ τὰ γινόμενα ὑπὸ τῶν ταῦτα εἰδόντων πεισάτωσαν ὑμᾶς, ὅτι καὶ μετὰ θάνατον ἐν αἰσθήσει εἰσὶν αἱ ψυχαί, <sup>4</sup> καὶ οἱ ψυχᾶς ἀποθανόντων λαμβανόμενοι καὶ ῥητιούμενοι ἀνθρωποὶ, οὓς δαιμονιολήπτιους καὶ μαινομένους καλοῦσι πάντες<sup>2</sup>, καὶ τὰ παρ' ὑμῖν λεγόμενα μαντεῖα Ἀμφιλόχου καὶ Λαδώνης καὶ Πυθουῶς, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτά ἐστι, <sup>5</sup> καὶ τὰ τῶν συγγραφέων διδάγματα, Ἐμπεδοκλέους καὶ Πυθαγόρου, Πλάτωνός<sup>3</sup> τε καὶ Σωκράτους καὶ ὁ παρ' Ὀμήρῳ βόθρος καὶ ἡ κἀθοδος Ὀδυσσεύς<sup>4</sup> εἰς τὴν τούτων<sup>5</sup> ἐπίσκεψιν καὶ τῶν τὰ αὐτὰ τούτοις εἰπόντων· <sup>6</sup> οἷς κἂν ὁμοίως ἡμᾶς ἀποδέξασθε, οἷχ ἦτιον ἐκείνων θεῶ πιστεύοντας ἀλλὰ μᾶλλον, οἱ καὶ τὰ νεκρούμενα καὶ εἰς γῆν βαλλόμενα πάλιν ἀπολήψεσθαι ἐαυτῶν σώματα προσδοκῶμεν, ἀδύνατον μηδὲν εἶναι θεῶ λέγοντες.

19. Καὶ κατανοοῦντι, τί<sup>a</sup> ἀπιστότερον ἂν μᾶλλον δόξαι, ἢ εἰ ἐν σώματι μὴ ὑπάρχομεν καὶ τις ἔλεγει, ἐκ μικρᾶς τιος ῥανίδος τῆς τοῦ ἀνθρωπέου σπέρματος δυνατὸν ὅστιά τε καὶ νεῖρα καὶ σάρκας εἰκονοποιηθέντα, οἷα ὀρώμεν, γενέσθαι; <sup>2</sup> Ἔστι γὰρ νῦν ἐφ' ὑποθέσεως λεγόμενον· εἴ τις ὑμῖν μὴ οὔσι τοιοῦτοις μηδὲ τοιούτων ἔλεγε, τὸ σπέρμα τὸ ἀνθρώπειον δεικνὺς καὶ εἰκόνα γραπτὴν, ἐκ τοῦ τοιοῦδε τοιόνδε<sup>b</sup> γενέσθαι διαβεβαιούμενος, πρὶν ἰδεῖν γενόμενον ἐπιστεύσατε; οὐκ ἂν τις τολμήσειεν ἀντειπεῖν. <sup>3</sup> Τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον διὰ τὸ μήπω ἐωρακέναι ὑμᾶς ἀναστάντα νεκρὸν ἀπιστία ἔχει. <sup>4</sup> Ἀλλ' ὄν τρόπον τὴν ἀρχὴν οὐκ ἂν ἐπιστεύσατε ἐκ τῆς μικρᾶς ῥανίδος δυνατὸν τοιοῦτους γενέσθαι, καὶ ὀρᾶτε γινόμενους, τὸν αὐτὸν τρόπον λογί-

<sup>a</sup> om. P.

<sup>b</sup> Ita Paul (*Jahrbücher f. klass. Philologie* 1891, 456) cum Davisió, οἷν τε P et edit. ceterae omnes.

<sup>1</sup> Ex intestinis puerorum, qui eius rei causa immolati erant, vaticinabantur veteres. rati eorum animas sibi adsistere et futura revelare; cfr. *Ens. hist. e. VII 10 et VIII 14; Soer. hist. e. III 13; Pseudo-Clemens,*

evocationes et qui a magis somniorum missores spiritusque familiares assessoresque vocantur et quae ab iis fiunt, qui harum rerum gnari sunt, persuadeant vobis, etiam post mortem sensu non carere animas, <sup>4</sup> tum homines ab animis mortuorum correpti et iactati, qui daemoniaci furiosique adpellantur vulgo, deinde quae apud vos dicuntur oracula Amphiloehi et Dodonae et Pythus et quotquot alia eiusmodi sunt, <sup>5</sup> denique scriptorum sententiae. Empedoclis et Pythagorae, Platonis Socratisque et fossa, cuius Homerus mentionem facit, et Ulixis descensus ad perscrutandos hos et eos, qui eadem atque hi dixerunt. <sup>6</sup> Eodem modo quo illos etiam nos accipite, qui non minus quam illi deo credimus sed magis atque etiam corpora mortua et in terram coniecta nos recuperaturos esse speramus, cum nihil a deo fieri non posse dicamus.

19. Et adtente consideranti, quid incredibilius esse videatur, quam si in corpore non essemus et aliquis diceret, ex parva quadam humani seminis gutta et ossa et nervos et carnes fieri posse ita, ut videmus, conformata? <sup>2</sup> Sit enim hoc nunc per summptionem dictum: Si tales non essetis et ex talibus nati et vobis aliquis semen hominis et effigiem pictam monstrans hanc ex illo fieri posse diceret et adseveraret, numquid, priusquam videretis factum, crederetis? Vix contradicet quisquam. <sup>3</sup> Eodem igitur modo, propterea quod nondum quemquam resurrexisse vidistis, non creditis. <sup>4</sup> Sed ut a principio ex parva gutta tales fieri posse non credidissetis et fieri videtis, ita vobiscum reputate dissoluta et instar se-

Recogn. II 13.

<sup>2</sup> Tatianus (orat. c. 16) non ab animis defunctorum hominum, ut vult Iustinus, sed a daemonibus daemoniacos correptos esse vult.

<sup>3</sup> Quae hi philosophi graeci de sortibus migrationibusque animarum humanarum nugati sint, vide apud Zeller, Die Philosophie der Griechen, variis locis.

<sup>4</sup> Od. XI 93 ss.

<sup>5</sup> Hoc pronomen mihi masculini, non, ut ceteris placet, neutri generis esse videtur.

σασθε, ὅτι διαλυθέντα καὶ δίκην σπερμάτων εἰς γῆν διαχυθέντα<sup>a</sup> τὰ ἀνθρώπεια σώματα κατὰ καιρὸν προστάξει Θεοῦ ἀναστῆναι καὶ „ἀφθαρσίαν ἐνδύσασθαι“<sup>1</sup> οὐκ ἀδύνατον. <sup>5</sup> Ποίαν γὰρ ἀξίαν Θεοῦ δύναμιν λέγουσιν οἱ φάσκοντες<sup>2</sup> εἰς ἐκεῖνο χωρεῖν ἕκαστον ἐξ οὐπερ ἐγένετο, καὶ παρὰ ταῦτα μηδὲν ἄλλο δύνασθαι μηδὲ τὸν Θεόν, οὐκ ἔχομεν λέγειν· ἀλλ' ἐκεῖνο συνορῶμεν, ὅτι οὐκ ἂν ἐπίστευσαν δυνατόν εἶναι τοιοῦτους ποτὲ γενέσθαι, ὁποίους καὶ ἑαυτοὺς καὶ τὸν σύμπαντα κόσμον καὶ ἐξ ὁποίων γεγενημένα ὀρῶσι. <sup>6</sup> Κρεῖττον δὲ πιστεύειν καὶ τὰ τῆ ἑαυτῶν φύσει<sup>3</sup> καὶ ἀνθρώποις ἀδύνατα, ἢ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἀπιστεῖν παρειλήφαμεν<sup>b</sup>, ἐπειδὴ καὶ τὸν ἡμέτερον διδάσκαλον Ἰησοῦν Χριστὸν ἔγνωμεν εἰπόντα· „Τὰ ἀδύνατα<sup>4</sup> παρὰ ἀνθρώποις δυνατὰ παρὰ Θεῶ“· <sup>7</sup> Καὶ εἶπε<sup>c</sup>· „Μὴ φοβεῖσθε<sup>5</sup> τοὺς ἀναιροῦντας ὑμᾶς καὶ μετὰ ταῦτα μὴ δυναμένους τι ποιῆσαι<sup>d</sup>, φοβήθητε δὲ τὸν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα εἰς γέενναν ἐμβαλεῖν“· <sup>8</sup> Ἡ δὲ γέεννά ἐστι τόπος, ἐνθα κολάζεσθαι μέλλουσιν οἱ ἀδίκως βιώσαντες καὶ μὴ πιστεύοντες ταῦτα γενήσεσθαι, ὅσα ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Χριστοῦ ἐδίδαξε.

**20.** Καὶ Σύβυλλα<sup>6</sup> δὲ καὶ Ὑστάσπης<sup>7</sup> γενήσεσθαι τῶν φθαρτῶν ἀνάλωσιν διὰ πυρὸς ἔφασαν. <sup>2</sup> Οἱ λεγόμενοι δὲ Στωϊκοὶ<sup>8</sup> φιλόσοφοι καὶ αὐτὸν τὸν Θεόν εἰς πῦρ ἀναλύεσθαι δογματίζουσι καὶ αὖ πάλιν κατὰ μεταβολὴν τὸν κόσμον γενέσθαι λέγουσιν· ἡμεῖς δὲ κρεῖττόν τι τῶν μεταβαλλομένων νοοῦμεν τὸν πάντων ποιητὴν Θεόν. <sup>3</sup> Εἰ οὖν καὶ ὁμοίως τινὰ τοῖς παρ' ἡμῶν τιμωμένοις ποιηταῖς καὶ φιλοσόφοις λέγομεν, ἔνια δὲ καὶ μειζόνως καὶ θείως καὶ μόνοι μετ' ἀποδείξεως, τί παρὰ πάντας ἀδίκως μισούμεθα; <sup>4</sup> Τῷ γὰρ λέγειν ἡμᾶς ὑπὸ Θεοῦ

<sup>a</sup> διαλυθέντα P.      <sup>b</sup> παρειλήφαμεν P.      <sup>c</sup> om. POKr.  
<sup>d</sup> εἶπε addit POKr.

<sup>1</sup> 1 Cor. 15, 53.      <sup>2</sup> Stoici; cfr. c. 20.      <sup>3</sup> Otto minus recte vertit: suâ naturâ.      <sup>4</sup> Matth. 19, 26.      <sup>5</sup> Luc. 12, 4. 5.      <sup>6</sup> Orac. Sibyllina IV 172 ss. De una Sibylla etiam Plato loquitur (Phaedr. 244<sup>b</sup>, Theog. 124<sup>d</sup>); alii veteres ut Varro decem Sibyllas commemorant.

minum in terram dispersa corpora humana suis temporibus iussu dei resurgere et *incorruptionem inducere* incredibile non esse. <sup>5</sup> Qualem enim potentiam deo dignam dicant ei, qui in illud redire unum quodque unde exstitit statuunt, et praeterea nihil aliud ne deum quidem posse dicere non habemus, sed illud intellegimus, eos fieri posse non credituros fuisse, ut tales unquam gignerentur, quales et se et universum mundum et ex qualibus procreata vident. <sup>6</sup> Melius autem esse etiam ea credere, quae nostrae naturae et hominibus impossibilia sunt, quam pariter cum ceteris incredulos esse accepimus, quandoquidem et nostrum magistrum Iesum Christum cognovimus dicentem: *Quae impossibilia sunt apud deum, possibilia apud homines.* Et dixit: *Ne terreamini ab his, qui occidunt vos neque post haec quidquam facere possunt, timeate autem eum, qui post mortem et animam et corpus in gehennam conicere potest.* <sup>8</sup> Gehenna autem est locus, ubi punientur ii, qui inique vixerunt neque credunt ea futura, quaecumque deus per Christum docuit.

20. Etiam Sibylla et Hystaspes ea, quae fragilia caducaque sunt, igne consumptum iri dixerunt. <sup>2</sup> Ii autem philosophi, qui Stoici dicuntur, et ipsum deum in ignem dissolvi docent et rursus per transfigurationem mundum oriri volunt; nos vero praestantius quiddam iis, quae mutari queunt, iudicamus deum omnium creatorem. <sup>3</sup> Quodsi quae similiter atque poetae philosophique, qui apud vos sunt in honore, dicimus, nonnulla vero etiam altius et divine et soli adlato argumento, quid praeter omnes immerito odio sumus? <sup>4</sup> Cum

<sup>7</sup> De vaticiniis Hystaspis, qui fuerat rex Persarum Zoroastris temporibus, agunt Clemens Alex. (strom. VI 5, 43) et Lactantius (inst. div. VII 15 ss).

<sup>8</sup> Stoici, quorum Iust. saepe meminit, docebant temporibus huius mundi circumactis omnia conflagratum iri et in ignem principalem, qui est deus reditura esse, deinde novum mundum priori similem oriturum esse itaque omnia semper per stas vices remeare; cfr. Apol. II 7.

πάντα κεκοσμηῆσθαι καὶ γεγενῆσθαι Πλάτωνος δόξομεν λέγειν ὄογμα<sup>1</sup>. τῇ δὲ ἐκπύρωσιν γενέσθαι Στωϊκῶν· τῇ δὲ κολάζεσθαι ἐν αἰσθήσει καὶ μετὰ θάνατον οὐσας τὰς τῶν ἀδίκων ἀμχάς, τὰς δὲ τῶν σπουδαίων ἀπὸ ἀλλογενέας τῶν τιμωριῶν εὐδιάγειν, ποιηταῖς καὶ φιλοσόφοις τὰ αὐτὰ λέγειν δόξομεν· ἡ τῇ δὲ καὶ μὴ δεῖν χειρῶν ἀνθρώπων ἔργοις προσκυνεῖν Μενάνδρῳ<sup>2</sup> τῷ κωμικῷ καὶ τοῖς ταῦτα φήσασι ταῦτα φράζομεν· μείζονα γὰρ τὸν δημιουργὸν τοῦ σκευαζομένου ἀπεφάνησαντο.

21. Τῇ δὲ καὶ τὸν λόγον, ὃ ἐστὶ πρῶτον γέννημα τοῦ Θεοῦ, ἄνευ ἐπιμιξίας φάσκειν ἡμᾶς γεγενῆσθαι, Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν διδάσκαλον ἡμῶν, καὶ τοῦτον σταυρωθέντα καὶ ἀποθανόντα καὶ ἀναστάντα ἀνεληλυθέναι εἰς τὸν οὐρανόν, οὐ παρὰ τοῖς παρ' ἡμῶν λεγομένοις υἱοῦς τῷ Δεῦ καὶνόν τι φέρομεν. ἡ Πόσους γὰρ υἱοῦς φάσκουσι τοῦ Δεῦ οἱ παρ' ἡμῶν τιμώμενοι συγγραφεῖς, ἐπίστασθε· Ἐρμῆν μὲν, λόγον τὸν ἐρμηρευτικὸν καὶ πάντων διδάσκαλον, Ἀσκληπιὸν δέ, καὶ θεραπευτὴν γενόμενον, κεραινωθέντα ἀνεληλυθέναι εἰς οὐρανόν, Διόνυσον δὲ διασπαρχθέντα, Ἰρακλέα δὲ φυγῆ πόνων ἑαυτὸν πυρὶ δόντα, τοὺς ἐκ Αἰήδας δὲ Διοσκούρους, καὶ τὸν ἐκ Δανάης Περσέα, καὶ τὸν ἐξ ἀνθρώπων δὲ ἐφ' ἵππου Πηγᾶσον Βελλεροφόντην. ἢ Τί γὰρ λέγομεν τὴν Ἀριάδην καὶ τοῖς ὁμοίως αὐτῇ κατηστερίσθαι λεγομένους; καὶ τί γὰρ τοὺς ἀποθνήσκοντας παρ' ἡμῶν αὐτοκράτορας, οὓς ἀεὶ ἀπαθανατίζεσθαι ἀξιοῦντες καὶ ὁμνύοντα τιὰ προάγετε ἑωρακέναι ἐκ τῆς πυρᾶς ἀνερχόμενον εἰς τὸν οὐρανὸν τὸν κατακαέντα Καίσαρα; ἔ Καὶ ὅποια ἐκάστον τῶν λεγομένων υἱῶν τοῦ Δεῦ ἱστοροῦνται αἱ πράξεις, πρὸς εἰδότηας λέγειν οὐκ ἀνάγκη, πλὴν ὅτι εἰς διαφορὰν καὶ προτροπὴν τῶν ἐκπαιδευομένων ταῦτα γέγραπται· μιμητὰς γὰρ Θεῶν καλὸν εἶναι πάντες ἠγοῦνται. ἑ Ἀπειὴ δὲ σωφρονούσης ψυχῆς ἐννοία τοιαύτη περὶ Θεῶν, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν ἡγεμόνα καὶ γεννίτορα πάν-

<sup>1</sup> At Plato mundum a deo ex materia aeterna formatum esse vult.

enim dicemus a deo omnia disposita factaque esse, Platonis dogma effari videbimur; conflagrationem fieri, Stoicorum; porro cum puniri impiorum animas etiam post mortem sensu non perempto, bonorum vero poenis liberatas beatam degere vitam dicemus, eadem quae poetae philosophique dicere videbimur; <sup>5</sup> dicentes vero manuum humanarum opera adoranda non esse eadem pronuntiamus atque Menander comicus et qui haec docuerunt; maiorem enim opificem opere declaraverunt.

21. Cum vero etiam Iogon, quae prima est dei progenies, sine mixtione genitum esse, Iesum Christum magistrum nostrum, atque hunc cruci adfixum et mortuum et redivivum adscendisse in caelum dicimus, nihil ab his, qui apud vos dicuntur, Iovis filiis alienum et novum adferimus. <sup>2</sup> Quot enim Iovis filios commemorent ii, qui apud vos in honore sunt scriptores, scitis: Mercurium, Iogon interpretem et omnium magistrum, Aesculapium, qui medicus erat et fulminatus in caelum adscendit, Bacchum dilaniatum, Herculem, qui se ipse fuga dolorum commotus igni tradidit, Dioscuros Leda, Perseum Danaë natos, Bellerophontem, qui ab hominibus ortus per equum Pegasus sublatus est. <sup>3</sup> Quid enim Ariadnae et qui aequae atque illa inter sidera sublatis sunt, mentionem faciamus? Et quid tandem morientium vestrorum imperatorum, quos semper immortalitate dignos putatis ita, ut etiam aliquem producat is iureiurando confirmantem, se crematum Caesarem ex rogo in caelum adscendentem vidisse? <sup>4</sup> Et qualia unius cuiusque eorum, qui Iovis filii dicuntur, facta narrentur, scientibus dicere opus non est; id solum dicam in usum profectumque discentium haec scripta esse: deos enim aemulari omnes praeclarum ducunt. <sup>5</sup> Absit autem a sana mente eiusmodi de diis cogitatio, ut putemus cum

<sup>2</sup> Huius Menandri comici, qui obiit Athenis a. 290 a. Chr., testimonia laudantur apud Pseudo-Iustinum, De monarchia c. 5.

των καὶ αὐτοὺς Λία πατροφόντην<sup>1</sup> τε καὶ πατρός τοιούτου γε-  
γονέναι, ἔρωτί τε κακῶν καὶ αἰσχρῶν ἡδονῶν ἤττω γενόμενον  
ἐπὶ Γανυμήδην καὶ τὰς πολλὰς μοιχευθείσας γυναῖκας ἐλθεῖν,  
καὶ τοὺς αὐτοῦ παῖδας τὰ ὅμοια πράξαντας παραδέξασθαι.  
ε Ἀλλ', ὡς προέφημεν<sup>2</sup>, οἱ φανῶλοι δαίμονες ταῦτα ἔπραξαν·  
ἀπαθανατίζεσθαι δὲ ἡμεῖς μόνους δεδιδάγμεθα τοὺς ὁσίως καὶ  
ἐναρέτως ἐγγὺς Θεῶν βιοῦντας, κολάζεσθαι δὲ τοὺς ἀδίκως καὶ  
μὴ μεταβάλλοντας ἐν αἰωνίῳ πυρὶ πιστεύομεν.

22. Υἱὸς δὲ Θεοῦ, ὁ Ἰησοῦς λεγόμενος, εἰ καὶ κοινῶς  
μόνον ἀνθρώπος, διὰ σοφίαν ἄξιος υἱὸς Θεοῦ λέγεσθαι· πατέρα  
γὰρ ἀνδρῶν τε Θεῶν τε πάντες συγγραφεῖς τὸν Θεὸν καλοῦσιν.  
εἰ δὲ καὶ ἰδίως, παρὰ τὴν κοινὴν γένεσιν, γεγενῆσθαι αὐτὸν  
ἐκ Θεοῦ λέγομεν λόγον Θεοῦ, ὡς προέφημεν<sup>3</sup>, κοινὸν τοῦτο ἔστω  
ἡμῖν τοῖς τὸν Ἑρμῆν λόγον<sup>4</sup> τὸν παρὰ Θεοῦ ἀγγελτικὸν λέγουσιν.  
εἰ δὲ αἰτιάσαιτό τις ἐσταυρωῖσθαι αὐτόν, καὶ τοῦτο κοινὸν  
τοῖς προκατηριθμημένοις παθοῦσιν υἱοῖς καθ' ἡμᾶς τοῦ Διὸς  
ἐπάρχει. <sup>4</sup> Ἐκείνων τε γὰρ οὐχ ὅμοια τὰ πάθη τοῦ θανάτου  
ἀλλὰ διάφορα ἱστορεῖται· ὥστε μηδὲ τὸ ἴδιον τοῦ πάθους  
ἤττονα δοκεῖν εἶναι τοῦτον, ἀλλ', ὡς ὑπεσχόμεθα<sup>5</sup>, προϊόντος  
τοῦ λόγου καὶ κρείττονα ἀποδείξομεν, μᾶλλον δὲ καὶ ἀπο-  
δέδεικται· ὁ γὰρ κρείττων ἐκ τῶν πράξεων φαίνεται. <sup>5</sup> Εἰ δὲ  
καὶ διὰ παρθένου γεγενῆσθαι φέρομεν, κοινὸν καὶ τοῦτο πρὸς  
τὸν Περσέα ἔστω ἡμῖν. <sup>6</sup> Ὅτι δὲ λέγομεν χωλοὺς καὶ παρα-  
λυτικούς καὶ ἐκ γενετῆς πονηροὺς ὑγιεῖς πεποιηκέναι αὐτὸν καὶ  
νεκροὺς ἀνεγείραι, ὅμοια τοῖς ὑπὸ Ἀσκληπιοῦ γεγενῆσθαι λεγο-  
μένοις καὶ ταῦτα φάσκειν δόξομεν.

<sup>1</sup> Saturnum a Iove filio regno expulsum atque etiam in vincula coniectum esse multi ex veteribus scriptoribus narraverunt, nemo autem eum interfectum esse tradidit. Cautius, quam Iustinus, Lactantius scribit (inst. div. I 10): Quid omnium horum pater Juppiter, nonne a prima sua pueritia impius ac paene parricida apprehenditur? <sup>2</sup> supra c. 5, 2.

illis, ipsum etiam principem et genitorem omnium Iovem parricidam et ex tali patre ortum fuisse et malarum turpiumque voluptatum amore captum ad Ganymedem ad multasque mulieres ab eo stupratas venisse et eius filios similia patrasse. <sup>6</sup> At, ut supra diximus, pravi daemones haec patrarunt. Eos solos immortalitate donari didicimus, qui vita sancta et virtute deo adpropinquant; eos vero, qui improbe vixerunt neque convertuntur, igne aeterno castigari credimus.

22. Filius autem dei, qui dicitur Iesus, etsi communi modo homo tantum esset, propter sapientiam dignus esset, qui filius dei vocaretur; etenim *parentem virumque deumque* scriptores omnes adpellant deum. <sup>2</sup> Sin autem etiam singulariter, contra communem nativitatis modum, eum ex deo dicimus natum esse logon dei, id, ut iam diximus, commune sit nobis vobiscum, qui Mercurium logon a deo internuntium nuncupatis. <sup>3</sup> Si quis autem eum cruci adfixum esse obiciat, hoc quoque commune est cum filiis Iovis supra memoratis, qui vestra sententia tormenta passi sunt. <sup>4</sup> Illorum enim non similia sed diversa tormenta mortis narrantur, ita ut, quod ad genus passionis adinet, hic illis nequaquam inferior esse videatur, imo etiam eum praestantiorum esse procedente oratione, uti polliciti sumus, demonstrabimus vel potius iam demonstratum est; praestantior enim ex iis, quae egit, adparet. <sup>5</sup> Si vero per virginem natum eum praedicamus, commune et id cum Perseo existimate. <sup>6</sup> Quod autem dicimus eum claudos et paralyticos et ex ipso ortu debiles sanavisse et mortuos resuscitasse, similia haec quoque dicere videbimur iis, quae ab Aesculapio facta esse narrantur.

<sup>3</sup> c. 21, 1.

<sup>4</sup> Ut deorum nuntius Hermes saepe *ἐρμηνεύς*, propter sapientiam aliquando *λόγιος* nominatur; cognomen *λόγιος* soli scriptores Christiani ei tribuunt, praeter Iustinum (etiam Dial. 128) etiam Pseudo-Clemens (Hom. VI 15; Recogn. X 34).

<sup>5</sup> c. 13, 3.

23. Ἴνα δὲ ἤδη καὶ τοῦτο φανερόν ὑμῖν γένηται, ὅτι, ὅποσα λέγομεν μαθόντιες παρὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν προελθόντων αὐτοῦ προφητῶν μόνα ἀληθῆ ἐστὶ καὶ πρεσβύτερα πάντων τῶν γεγενημένων συγγραφέων, καὶ οὐχὶ διὰ τὸ ταῦτά λέγειν αὐτοῖς παραδεχθῆναι ἀξιοῦμεν, ἀλλ' ὅτι τὸ ἀληθὲς λέγομεν. <sup>2</sup> καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς<sup>1</sup> μόνος ἰδίως υἱὸς τῷ Θεῷ γεγέννηται, λόγος αὐτοῦ ὑπάρχων καὶ πρωτότοκος καὶ δύναμις, καὶ τῇ βουλῇ αὐτοῦ γενόμενος ἄνθρωπος ταῦτα ἡμᾶς ἐδίδαξεν ἐπ' ἀλλαγῇ καὶ ἐπαναγωγῇ τοῦ ἀνθρωπέου γένους. <sup>3</sup> καὶ πρὶν ἢ ἐν ἀνθρώποις αὐτὸν γενέσθαι ἄνθρωπον φθάσαντές τινες,<sup>4</sup> λέγω δὲ<sup>a</sup> τοὺς προειρημένους κακοὺς δαίμονας, διὰ<sup>b</sup> τῶν ποιητῶν ὡς γενόμενα εἶπον ἅ μνηστοποιήσαντες ἔφησαν<sup>2</sup>, ὃν τρόπον καὶ τὰ καθ' ἡμῶν λεγόμενα δύσφημα καὶ ἀσεβῆ ἔργα ἐνίργησαν, ὧν οὐδεὶς μάρτυς οὐδὲ ἀπόδειξις ἐστὶ, — τοῦτον ἔλεγχον ποιησόμεθα<sup>3,1</sup>.

24. Πρῶτον μὲν ὅτι τὰ ὅμοια τοῖς Ἑλλήσι λέγοντες μόνον μισούμεθα δι' ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, καὶ μηδὲν ἀδικοῦντες ὡς ἀμαρτωλοὶ ἀναιρούμεθα, ἄλλων ἀλλαγῶ καὶ δένδρα σεβομένων καὶ ποταμοὺς καὶ μῦς καὶ αἰλοῖρους καὶ κροκοδείλους καὶ τῶν ἀλόγων ζώων τὰ πολλά, καὶ οὐ τῶν αὐτῶν ὑπὸ πάντων τιμωμένων ἀλλ' ἄλλων ἀλλοχόσε, ὥστ' εἶναι ἀσεβεῖς ἀλλήλοις πάντας διὰ τὸ μὴ τὰ αὐτὰ σέβειν. <sup>2</sup> Ὅπερ μόνον ἐγκαλεῖν ἡμῖν ἔχετε, ὅτι μὴ τοὺς αὐτοὺς ὑμῖν σέβομεν Θεοὺς, μηδὲ τοῖς ἀποθανοῖσι χοᾶς καὶ κνίσας καὶ ἐν ταφαῖς<sup>c</sup> στεφάνους καὶ θυσίας φέρομεν. <sup>3</sup> Ὅτι γὰρ οὖν<sup>d</sup> τὰ αὐτὰ παρ' οἷς μὲν Θεοί, παρ' οἷς δὲ θηρία, παρ' οἷς δὲ ἱερεῖα νενομισμένα ἐστίν, ἀκριβῶς ἐπίστασθε.

<sup>a</sup> ita Maranus; pro λέγω δὲ habent διὰ POKr.

<sup>b</sup> τὰ O.

<sup>c</sup> ita O, γραφαῖς PKr.

<sup>d</sup> ita O, οὐ PKr. Paul (Jahrbücher 1891, 460).

<sup>1</sup> Hanc sententiam et quae secuntur omnia a voce ὅτι immediate praecedente (ὅτι τὰ ἀληθὲς λέγομεν) pendere putat Pfäffisch (Der Einfluß Platos p. 155); ceteri, ex. gr. Paul (Jahrbücher 1891, 457), haec ad primam vocem ὅτι (ὅτι ὅποσα λέγομεν) trahunt. <sup>2</sup> Locus, ut in codice exstat, corruptus est; quod Otto emendavit (τὰ τῶν ποιητῶν). minima

23. Iam vero ut et hoc manifestum vobis fiat, quaecumque dicimus instructi a Christo et a prophetis, qui eum praecesserunt, sola vera esse et antiquiora omnibus, qui unquam fuerunt scriptoribus, neque nos eo, quod eadem quae ipsi dicimus, ut audiamur postulare, sed quod verum dicimus; <sup>2</sup> porro Iesum Christum solum proprie deo filium genitum esse, cum logos eius sit et primogenitus et virtus, et voluntate eius factum hominem haec nos docuisse immutandi et reducendi humani generis causa; <sup>3</sup> denique antequam inter homines existeret homo, quosdam — dico supra commemoratos praevidentes — per poetas facta enuntiasse, quae fabulose commenti erant, quemadmodum etiam ea, quae nobis obiectantur, nefanda et impia facinora commiserunt, quorum testis aut demonstratio adest nulla — hoc argumentum adferemus.

24. Primo, etsi similia ac Graeci dicimus, soli tamen odio sumus propter nomen Christi et nihil iniqui agentes velut peccatores occidimur, aliis alibi et arbores et fluvios et muros et feles et crocodilos et plurima animantium eorum, qui ratione egent, colentibus neque eadem omnibus sed alia aliis venerantibus, ita ut omnes sibi invicem impii sint, propterea quod non eadem colunt. <sup>2</sup> Id unum nobis exprobrare potestis, quod non eosdem ac vos colimus deos nec mortuis libamina nidoresque atque in sepulchris coronas et hostias offerimus. <sup>3</sup> Easdem quidem res alibi deos, alibi feras, alibi victimas legitimas esse, probe scitis.

placet; equidem cum Marano scripsi λέγω δὲ τοῖς προσηρημένοις pro διὰ τοῖς πρὸς. <sup>3</sup> Tria Iustinus se demonstraturum esse pollicetur: a.

Christianorum doctrinam solam esse veram; b. filium dei incarnatum esse; c. daemonum instinctu multos mythos ante eius incarnationem editos esse, quibus homines ab eo mysterio credendo averterentur. Primam sententiam probavit veram esse cc. 24—29, alteram cc. 30—53, tertiam cc. 54—60. <sup>4</sup> Minuc. Felix, Oct. 38: 'Nec mortuos coronamus; ego vos in hoc magis miror, quemadmodum tribuatis exanimi aut sentienti facem aut non sentienti coronam'. Cfr. etiam Tert. de corona c. 10.

25. Δεύτερον δ' ὅτι ἐκ παντός γένους ἀνθρώπων οἱ πάσαι σεβόμενοι Διόνυσον τὸν Σεμέλης καὶ Ἀπόλλωνα τὸν Αἰητοΐδην, οἳ δι' ἔρωτας ἀρσένων ὅσα ἐπραξαν αἰσχος καὶ λέγειν, καὶ οἱ Περσεφόνην καὶ Ἀφροδίτην, τὰς διὰ τὸν Ἄδωνιν οἰστορηθείσας, ὧν καὶ τὰ μυστήρια ἄγετε, ἢ Ἀσκληπιὸν ἢ τινα τῶν ἄλλων ὀνομαζομένων θεῶν, καίπερ θανάτου ἀπειλουμένου διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τούτων μὲν κατεφρονήσαμεν, <sup>2</sup> θεῶ δὲ τῶ ἀγεννήτῳ καὶ ἀπαθεῖ ἑαυτοὺς ἀνεθήκαμεν, ὃν οὔτε ἐπ' Ἀντιόπην καὶ τὰς ἄλλας ὁμοίως οὐδὲ ἐπὶ Γανυμήδην δι' οἴστρον ἐληλυθέναι πειθόμεθα, οὐδὲ λυθῆναι βοηθείας τυχόντα διὰ Θέτιδος ὑπὸ τοῦ ἑκατοντάχειρος ἐκείνου, οὐδὲ μεριμνῶντα διὰ τοῦτο τὸν τῆς Θέτιδος Ἀχιλλέα διὰ τὴν παλλακίδα Βρισηίδα ὀλέσαι πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων. <sup>3</sup> Καὶ τοὺς πειθομένους ἐλεοῦμεν· τοὺς δὲ τούτων αἰτίους δαίμονας γνωρίζομεν.

26. Τρίτον δ' ὅτι καὶ μετὰ τὴν ἀνέλευσιν τοῦ Χριστοῦ εἰς οὐρανὸν προεβάλλοντο οἱ δαίμονες ἀνθρώπους τινὰς λέγοντας ἑαυτοὺς εἶναι θεούς, οἳ οὐ μόνον οὐκ ἐδιώχθησαν ὑφ' ἑμῶν, ἀλλὰ καὶ τιμῶν κατηξιώθησαν. <sup>2</sup> Σίμωνα μὲν τινα Σαμαρεά, τὸν ἀπὸ κόμης λεγομένης Γιτιῶν<sup>a</sup>, ὃς ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος διὰ τῆς τῶν ἐνεργούντων δαιμόνων τέχνης δυνάμεις ποιήσας μαγικὰς ἐν τῇ πόλει ἑμῶν<sup>b</sup> βασιλίδι Ῥώμῃ θεὸς ἐνομίσθη καὶ ἀνδριάντι παρ' ἑμῶν ὡς θεὸς τετίμηται, ὃς ἀνδρίας ἀνεγήγερται ἐν τῷ Τίβερι ποταμῷ μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν, ἔχων ἐπιγραφὴν Ῥωμαϊκὴν ταύτην· SIMONI DEO SANCTO<sup>1</sup>. <sup>3</sup> Καὶ σχεδὸν πάντες μὲν<sup>c</sup> Σαμαρεῖς, ὀλίγοι δὲ καὶ ἐν ἄλλοις ἔθνεσιν, ὡς τὸν πρῶτον θεὸν ἐκεῖνον ὁμολογοῦντες προσκυνοῦσι· καὶ Ἑλένην τινά, τὴν συμπερινοστήσασαν<sup>d</sup> αὐτῷ κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ,

<sup>a</sup> Ita OKr, τρίτον P, Γιτιῶν Eus. h. e. II 13, 3.

<sup>b</sup> τῇ addit Eus. l. l.

<sup>c</sup> Καὶ σχεδὸν μὲν πάντες Eus. l. l. 4.

<sup>d</sup> Ita Eus. l. l., περινοστήσασαν POKr.

<sup>1</sup> Foede erravit Iust. cum multis, qui eum secuti sunt, ut Irenaeus

25. Deinde ex omni genere hominum qui quondam Bacchum Semelae et Apollinem Latonae filium, qui quae ob amores masculorum perpetraverint sine dedecore dici nequit, et Proserpinam et Venerem propter Adonim amoris furore captas, quarum etiam mysteria facitis, aut Aesculapium aut alium ex iis, qui adpellantur dii, colebamus, hos quamvis morte intentata per Iesum Christum contempsimus, 2 deo autem ingenito cupiditatumque experti nos consecravimus, quem neque ad Antiopen ceterasque eius generis neque ad Ganymedem furore libidinis incitatum venisse credimus neque vinculis solutum esse, postquam per Thetidem auxilium illius, qui centum habebat manus, nactus est, neque ea de causa sollicitum fuisse, ne Achilles Thetidis filius propter Briseidem pelicem multos Graecorum perderet. 3 Et eorum, qui ista credunt, nos miseret; auctores autem earum rerum daemones esse scimus.

26. Tertio etiam postquam Christus in caelum adscendit, daemones homines aliquot commoverunt, ut se deos esse dicerent, quos non modo non persecuti estis, sed etiam honoribus auxistis. 2 Ita Simonem quendam Samaritanum, ex vico, cui nomen est Gittae, oriundum, qui imperatore Claudio regnante cum daemonum, qui in eo operabantur, arte virtutibus magicis polleret, in urbe vestra regia Roma deus habitus et statua a vobis tamquam deus honoratus est, quae statua constituta est in Tiberi flumine inter duos pontes cum inscriptione Romana hac: Simoni Deo Sancto. 3 Ac paene omnes quidem Samaritani, pauci vero etiam in aliis gentibus,

(adv. haer. I 23, 1), Tertullianus (apol. c. 13), Cyrillus Hieros. (catech. 6, 14), alii. Nam anno 1574 Romae loco a Iustino designato lapis, qui olim statuae basis fuerat, e ruderibus effossus est inscriptus: Semoni Sancto Deo Fidio Sacrum. Hic Semo Sancus erat Sabinorum deus et praeerat pactis, nominatus a verbo sancienti; quapropter etiam Deus Fidius adpellabatur. Sine dubio nominum similitudine Iust. deceptus est.

πρότερον ἐπὶ τέλους σταθεῖσαν<sup>α</sup>, τὴν ὑπ<sup>β</sup> αὐτοῦ ἐννοίαν πρώτην γενομένην λέγουσι<sup>1</sup>. 4 Μένανδρον δέ τινα, καὶ αὐτὸν Σαμαρεά, τὸν ἀπὸ κόμης Καπαρταΐας<sup>ο</sup>, γενόμενον μαθητὴν τοῦ Σίμωνος, ἐνεργηθέντα<sup>α</sup> καὶ αὐτὸν<sup>ο</sup> ὑπὸ τῶν δαιμονίων<sup>ε</sup> καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ γενόμενον, πολλοὺς ἐξαπατῆσαι διὰ μαγικῆς τέχνης οἶδαμεν, ὃς καὶ τοὺς αὐτῷ ἐπομένους ὡς μηδὲ<sup>β</sup> ἀποθνήσκουσιν ἔπεισε· καὶ νῦν εἰσὶ τινες<sup>η</sup> ἀπ' ἐκείνου τοῦτο ὁμολογοῦντες<sup>2</sup>. 5 Μαρκίωνα δέ τινα Ποντικόν, ὃς καὶ νῦν ἔτι ἐστὶ διδάσκων τοὺς πειθόμενους, ἄλλον τινα νομίζειν μείζονα τοῦ δημιουργοῦ Θεόν<sup>3</sup>. ὃς<sup>ι</sup> κατὰ πᾶν γένος ἀνθρώπων διὰ τῆς τῶν δαιμόνων συλλήψεως πολλοὺς πεποίηκε<sup>κ</sup> βλάσφημίας<sup>1</sup> λέγειν καὶ ἀρνεῖσθαι τὸν ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντός Θεόν<sup>μ</sup> ἄλλον δέ τινα, ὡς ὄντα μείζονα, τὰ μείζονα<sup>ν</sup> παρὰ τοῦτον ὁμολογεῖν πεποιημέναι. 6 Πάντες<sup>ο</sup> οἱ ἀπὸ τούτων ὀρμώμενοι, ὡς ἔφημεν, Χριστιανοὶ καλοῦνται, ὃν τρόπον καὶ οἱ οὐ κοινωνοῦντες τῶν αὐτῶν δογμάτων ἐν<sup>ν</sup> τοῖς φιλοσόφοις τὸ ἐπικατηγορούμενον<sup>4</sup> ὄνομα τῆς φιλοσοφίας κοινὸν ἔχουσιν<sup>9</sup>. 7 Εἰ δὲ καὶ τὰ δύσσημα ἐκεῖνα μυθολογούμενα ἔργα πράττουσι, λυχνίας μὲν ἀνατροπὴν καὶ τὰς ἀνέδην μίξεις καὶ ἀνθρωπειῶν σαρκῶν βοράς<sup>5</sup>, οὐ γινώσκουμεν· ἀλλ' ὅτι μὴ διώκονται μηδὲ φονεύονται ὑφ' ὑμῶν, κἂν διὰ τὰ δόγματα, ἐπιστάμεθα. 8 Ἔστι δὲ ἡμῖν καὶ σύνταγμα κατὰ πασῶν τῶν γεγενημένων αἰρέσεων συντεταγμένον<sup>ρ</sup>, ἃ εἰ βούλεσθε ἐντυχεῖν, δάσσομεν<sup>6</sup>.

<sup>α</sup> Eus. l. l. addit ἐν Τύρῳ τῆς Φοινίκης. <sup>β</sup> ἀπ' Eus., qui omittit γενομένην. <sup>ο</sup> Καπαρταΐας Eus. h. e. III 26, 3. <sup>δ</sup> οἰστηθέντα Eus. l. l. <sup>ε</sup> Ita Eus. l. l., om. POKr. <sup>ε</sup> δαιμόνων Eus. l. l. <sup>ς</sup> μὴ Eus. l. l. <sup>η</sup> τινές εἰσὶν Eus. l. l. <sup>ι</sup> καὶ addit Eus. h. e. IV 11, 9. <sup>κ</sup> πέπεικε Eus. l. l. <sup>1</sup> βλάσφημα Eus. <sup>μ</sup> Pro Θεόν Eus. l. l. habet: πατέρα εἶναι τοῦ Χριστοῦ. <sup>ν</sup> τὰ μείζονα om. Eus. <sup>ο</sup> Καὶ πάντες Eus. <sup>ρ</sup> om. P. <sup>9</sup> Pro ὃν τρόπον . . . κοινὸν ἔχουσιν Eus. l. l. habet: ὃν τρόπον καὶ οὐ κοινῶν ὄντων δογμάτων τοῖς φιλοσόφοις τὸ ἐπικαλούμενον ὄνομα τῆς φιλοσοφίας κοινόν ἐστίν. Eusebium secuti sunt Kr et Pautigny (Justin Apologies, Paris 1904, 52). <sup>ρ</sup> om. Eus. h. e. IV 11, 10.

ut primum deum illum professi adorant; et Helenam quandam, quae illum eo tempore adsectabatur, ante verò in lupanari prostituerat, primam mentis conceptionem ex eo natam adpellant. <sup>4</sup> Praeterea Menandrum quendam, qui et ipse Samaritanus e vico Capparetaea et discipulus Simonis erat, ab iisdem daemonibus agitatam, multos, cum Antiochiae versaretur, arte magica decopisse constat, qui etiam iis, qui cum sequebantur, eos ne morituros quidem esse persuasit; hodieque sunt ex eius sectatoribus, qui id credant. <sup>5</sup> Marcionem autem quendam Ponticum, qui etiam nunc docet adsecelas suos alium aliquem maiorem putare mundi fabricatore deo; qui in omni genere hominum multos instigavit, ut blasphemias dicerent et negarent opificem huius universi deum, alium autem quendam, utpote maiorem, maiora illo fecisse profiterentur. <sup>6</sup> Omnes qui ab illis sunt, uti commemoravimus, Christiani vocantur, quemadmodum et hi, quibus non eadem praecepta sunt, inter philosophos nomen philosophiae impositum commune habent. <sup>7</sup> Num vero etiam nefanda ista, quae fama feruntur, facinora patrent, luminis extinctionem et promiscuos concubitus et carniū humanarum esus ignoramus; at eos neque vexari neque occidi a vobis, saltem propter dogmata sua, probe scimus. <sup>8</sup> Est autem a nobis etiam liber contra omnes qui fuerunt haereses conscriptus, quem, si vultis inspicere, suppeditabimus.

<sup>1</sup> De Simone Mago praeter Iustinum (hoc c. et c. 56) agunt: Act. apost. 8, 9 ss., Irenaeus (adv. haer. I 23), Eus. (h. e. II 13), uberrime Hippolytus (philos. VI 7—20); cfr. Harnack, Dogmengeschichte I<sup>4</sup> 270<sup>2</sup>, qui negari non posse dicit, Simonem Romae fuisse. <sup>2</sup> De Menandro cfr. Iren. adv. haer. I 23, 5.

<sup>3</sup> De Marcione cfr. infra c. 58 et Iren. adv. haer. III 3, 4. <sup>4</sup> Verba κατηγορεῖν et ἐπικατηγορεῖν non solum accusare sed etiam indicare seu enuntiare significant; itaque emendatione Ottonis ἐπικαλούμενον opus non est. <sup>5</sup> Haec sunt crimina notissima, quibus falso Christiani insimulabantur.

<sup>6</sup> De hoc libello Iustini etiam Tertullianus (adv. Val. c. 5) loquitur; Iustinum adversus Marcionem scripsisse referunt Irenaeus (adv. haer. IV 6, 2) et Eus. (h. e. IV 17, 9). Primus omnium Iust. haereticos libris impugnasse videtur; hi tamen libri interciderunt.

27. Ἡμεῖς δέ, ἵνα μηδὲν ἀδικῶμεν μηδέ ἀσεβῶμεν, ἐκτιθέμεθα καὶ τὰ γεννώμενα πονηρῶν εἶναι δεδιδάγμεθα· πρῶτον μὲν, ὅτι τοὺς πάντας σχεδὸν ὀρῶμεν ἐπὶ πορνείᾳ προάγοντας, οὐ μόνον τὰς κόρας ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄρσενας<sup>1</sup>, καὶ ὃν τρόπον λέγονται οἱ παλαιοὶ ἀγέλας βοῶν ἢ αἰγῶν ἢ προβάτων τρέφειν ἢ ἵππων φορβάδων<sup>2</sup>, οὕτως νῦν καὶ παῖδας εἰς τὸ αἰσχροῦς χρῆσθαι μόνον· καὶ ὁμοίως θηλειῶν καὶ ἀνδρογύνων<sup>3</sup> καὶ ἀρῆστοποιῶν πλῆθος κατὰ πᾶν ἔθνος ἐπὶ τούτῳ τοῦ ἄγους<sup>4</sup> ἐστήκε. <sup>2</sup> Καὶ τούτων μισθοὺς καὶ εἰσφορὰς καὶ τέλη λαμβάνετε δεόν ἐκκόψαι ἀπὸ τῆς ὑμετέρας οἰκουμένης<sup>5</sup>. <sup>3</sup> Καὶ τῶν τοιούτοις χρωμένων τις πρὸς τῇ ἀθέῳ καὶ ἀσεβεῖ καὶ ἀκρατεῖ μῖξι, εἰ τύχοι, τέκνω ἢ συγγενεῖ ἢ ἀδελφῶ μίγνυται. <sup>4</sup> Οἱ δὲ καὶ τὰ ἑαυτῶν τέκνα καὶ τὰς ὁμοζύγους προαγωγείονται, καὶ φανερῶς εἰς κιναιδίαν ἀποκόπτονται τινες καὶ εἰς μητέρα θεῶν τὰ μυστήρια ἀναφέρουσι<sup>6</sup>, καὶ παρὰ παντὶ τῶν νομιζομένων παρ' ἡμῖν θεῶν ὄφιν σύμβολον μέγα καὶ μυστήριον ἀναγράφεται<sup>7</sup>. <sup>5</sup> Καὶ τὰ φανερῶς ὑμῖν πραττόμενα καὶ τιμώμενα ὡς ἀνατετραμμένου καὶ οὐ παρόντος φωτὸς θείου<sup>8</sup> ἡμῖν προσγράφετε· ὅπερ ἀπῆλλαγμένοις ἡμῖν τοῦ πράττειν τι τούτων οὐ βλάβην φέρει, ἀλλὰ τοῖς πράττουσι καὶ ψευδομαρτυροῦσι μᾶλλον.

28. Παρ' ἡμῖν μὲν γὰρ ὁ ἀρχηγέτης τῶν κακῶν δαιμόνων ὄφιν καλεῖται καὶ σατανᾶς καὶ διάβολος, ὡς καὶ ἐκ τῶν ἡμετέρων συγγραμμάτων ἐρευνήσαντες μαθεῖν δύνασθε· ὃν εἰς τὸ πῦρ πεμφθήσεσθαι μετὰ τῆς αὐτοῦ στρατιᾶς καὶ τῶν ἐπομένων ἀνθρώπων κολασθησομένους τὸν ἀπέραντον αἰῶνα, προεμήνυσεν ὁ Χριστός. <sup>2</sup> Καὶ γὰρ ἡ ἐπιμονὴ τοῦ μηδέπω τοῦτο πράξαι

<sup>a</sup> *Hanc vocem eicit Pautigny ut spurium.*

<sup>1</sup> Quantopere apud veteres ethnicos mos exponendi natos viguerit, vide Döllinger, Heid. und Judentum II 716. <sup>2</sup> φορβάς, pascens; φορβή, pascua. <sup>3</sup> ἀνδρογύνος, alias ἔρμαφρόδιτος. <sup>4</sup> Τὸ ἄγος est forma ionica pro τὸ ἄγος, verecundia, scelus. <sup>5</sup> Haec vectigalia a Caligula imposita (Suet., Cal. c. 40) a Iustiniano abrogata sunt (cod. Iust. XI 41, 6). <sup>6</sup> Minucius Felix (Oct. c. 21): 'Galli (i. e. castrati)

27. Nos autem, ne quid iniqui vel impii faciamus, etiam infantes modo natos exponere improborum esse didicimus; primum quia omnes fere eos ad stuprum produci videmus, non solum puellas sed etiam masculos, et quomodo dicuntur antiqui greges boum, caprarum, ovium vel equorum in pascuis aluisse, ita nunc etiam pueros turpis dumtaxat usus causa; et similiter feminarum et androgynorum et scortorum turba in omni gente ad hoc scelus prostat. <sup>2</sup> Et ex his mercedes et vectigalia et portoria exigitis, cum eos extrudere ex orbe vestro oporteret. <sup>3</sup> Et ex iis, qui hisce utuntur, forsitan quispiam, praeterquam quod concubitus est nefandus et impius et impudicus, cum filio aut cognato aut fratre misceatur. <sup>4</sup> Sunt, qui et liberos suos et uxores prostituunt; alii palam ad stuprum castrantur, et ad matrem deorum haec mysteria referunt, et iuxta unum quemque eorum, qui a vobis existimantur dei, serpens ut magnum symbolum mysteriumque pingitur. <sup>5</sup> Atque quae palam apud vos fiunt magnique habentur, ea, quasi everso neque lucente divino lumine, nobis adsignatis; quod quidem nobis, quippe qui iis facinoribus liberi simus, damno non est, imo vero iis, qui ea perpetrant falsoque alios accusant.

28. Apud nos enim princeps pravorum daemonum serpens vocatur et satanas et diabolus, uti ex scriptis nostris scrutando cognoscere licet; quem cum exercitu suo et cum hominibus, qui eum secuntur, in ignem missum iri, ut infinitum in aevum punirentur, praemonstravit Christus. <sup>2</sup> Etenim moram, quominus hoc nondum eveniret, humani generis causa deus eam et semiviri suo corporis supplicio colunt'. <sup>7</sup> Sacra bestia olim erat apud multas nationes serpens. symbolum aeternitatis et sapientiae et potentiae, atque vix quisquam erat deorum, cui serpentem non adpingerent, quod partim libri, maxime nummi nos docent (ita Thirlbius). Macrobius (sat. I 20) ex. gr. haec habet: 'Hinc est, quod simulacris Aesculapii et Salutis draco subiungitur. quod hi ad solis naturam lunaeque referuntur'. Virgines Vestales sacro serpenti singulis kalendis cibos adponebant (Döllinger, Heid. u. Jud. II 523).

τὸν Θεὸν διὰ τὸ ἀνθρώπινον γένος γεγένηται· προκινῶσκει γάρ τινας ἐκ μετανοίας σωθῆσθαι μέλλοντας καὶ τινας μηδέπω ἴσως γεννηθέντας<sup>1</sup>. <sup>3</sup> Καὶ τὴν ἀρχὴν νοερὸν καὶ δυνάμενον αἰρεῖσθαι ἀλλήθῃ καὶ εὖ πράττειν τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον πεποιήκεν, ὥστ' ἀναπολόγητον εἶναι τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις παρὰ τῷ Θεῷ· λογικοὶ γὰρ καὶ θεωρητικοὶ γεγένηται. <sup>4</sup> Εἰ δέ τις ἀπιστεῖ μέλειν τούτων τῷ Θεῷ, ἢ μὴ εἶναι αὐτὸν διὰ τέχνης<sup>2</sup> ὁμολογήσει, ἢ ὄντα χαίρειν κακία φήσει ἢ λίθῳ ἑοικότα μένειν, καὶ μηδὲν εἶναι ὀρετὴν μηδὲ κακίαν, δόξῃ δὲ μόνον τοὺς ἀνθρώπους ἢ ἀγαθὰ ἢ κακὰ ταῦτα ἡγεῖσθαι, ἢ περ μεγίστη ἀσέβεια καὶ ἀδικία ἐστί.

29. Καὶ πάλιν, μὴ τῶν ἐκτεθέντων τις μὴ ἀναληφθεὶς θανατωθῆῃ καὶ ὄμειν ἀνδροφόνοι<sup>3</sup>· ἀλλ' ἢ τὴν ἀρχὴν οὐκ ἐγαμοῦμεν εἰ μὴ ἐπὶ παίδων ἀνατροφῆ, ἢ παραιτούμενοι τὸ γήμασθαι τέλεον ἐνεγκροατευόμεθα. <sup>2</sup> Καὶ ἤδη τις τῶν ἡμετέρων, ὑπὲρ τοῦ πείσαι ἡμᾶς ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν μυστήριον ἢ ἀνέδην μίξις, βιβλίδιον ἀνέδωκεν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Φήλικι<sup>4</sup> ἡγεμονεύοντι ἀξιῶν ἐπιτρέψαι ἱατροῦ τοὺς διδύμους αὐτοῦ ἀφελεῖν· ἄνευ γὰρ τῆς τοῦ ἡγεμόνος ἐπιτροπῆς τοῦτο πράττειν ἀπειρησθαι οἱ ἐκεῖ ἱατροὶ ἔλεγον<sup>5</sup>. <sup>3</sup> Καὶ μηδὲ ὡς<sup>a</sup> βουληθέντος Φήλικος ὑπογράψαι, ἐφ' ἑαυτοῦ μείνας ὁ νεανίσκος ἠρκέσθη τῇ ἑαυτοῦ καὶ τῶν ὁμογνωμόνων συνειδήσει. <sup>4</sup> Οὐκ ἄτοπον δὲ ἐπιμνησθῆναι ἐν τούτοις ἡγησάμεθα καὶ Ἀντινόου τοῦ νῦν γεγεννημένου, ὃν καὶ πάντες ὡς Θεὸν διὰ φόβον<sup>b</sup> σέβειν ὠρμηγτο, ἐπιστάμενοι τίς τε ἦν καὶ πόθεν ὑπῆρχεν<sup>6</sup>.

<sup>a</sup> μὴδ' ὅλως Kr.

<sup>b</sup> διὰ φόβον P.

<sup>1</sup> Ut etiam ex hoc loco patet (cfr. praeterea Dial. c. 80), Iust. non solum homines sed etiam angelos malos post ultimum demum et generale iudicium in ignem aeternum intraturos esse persuasum habet; quin etiam alio loco (apud Irenaeum, Adv. haer. V 26, 2) diabolum ante Christi incarnationem deo nondum maledixisse narrat, propterea quod usque ad id tempus damnationem suam futuram ignorasset. <sup>2</sup> i. e. implicite seu non apertis verbis. <sup>3</sup> Supple: infantes modo natos non expo-

fecit; praevidet enim aliquos paenitentia salutem consecuturos, alios (salvandos) nondum forte natos esse. <sup>3</sup> Et ab initio ratione et facultate eligendi vera beneque agendi genus humanum instruxit, ut nulla iusta excusatio omnibus apud deum sit hominibus; ratione enim praediti et ad intellegendum habiles nati sunt. <sup>4</sup> Quos si quis deum non curare credet, aut eum esse astute negabit, aut si existat, pravitate gaudere vel lapidis instar quiescere dicet et nihil esse virtutem vitiumve, sed suoapte ingenio homines pro bonis malisque ducere, quae quidem maxima impietas et iniquitas est.

29. Deinde, ne quis expositorum non susceptus intereat et simus homicidae; sed aut omnino matrimonium non inimus nisi ad liberos enutriendos, aut matrimonium detrectantes prorsus caelibes vitam agimus. <sup>2</sup> Et iam unus ex nostris, ut vobis persuaderet non esse nobis mysterium promiscuum concubitum, libellum tradidit Alexandriae Felici praefecto supplex, ut medico testes sibi desecare liceret; quod iniussu praefecti facere interdictum esse illius urbis medici dicebant. <sup>3</sup> Et cum neutquam Felix subscribere vellet, adulescens caelebs permanens sua et eorum, qui erant in eadem sententia, conscientia contentus erat. <sup>4</sup> Non alienum autem est hoc loco etiam Antinoi, qui nostra aetate vixit, mentionem inferre, quem omnes ut deum ob metum colere studebant, non ignorantes, et quis esset et unde venisset.

nimus; cfr. c. 27, 1. <sup>4</sup> L. Munatius Felix praefectus Augustalis Aegypti erat inter annos 148 et 154 (cfr. Zahn, Forschungen zur Gesch. d. neutest. Kanons VI, 1900, 9 ss. et 364). <sup>5</sup> Cuiacius ad Iustinian.

Novell. 142: 'Vetus est haec constitutio, ne eunuchi fiant, Nervae Adriani Domitiani'.

<sup>6</sup> Antinous, formosus adulescens in Bithynia natus, in deliciis fuit imperatori Hadriano, a quo, postquam anno 130 Nili fluctibus haustus est, in deorum numerum relatus statuis et templis honoratus est; cfr. Döllinger, Heid. u. Jud. II 616.

30. Ὅπως δὲ μή τις εἶπῃ<sup>a</sup> ἀντιτιθεὶς ἡμῖν, τί κωλίει καὶ τὸν παρ' ἡμῖν λεγόμενον Χριστόν, ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπων ὄντα, μαγικῇ τέχνῃ ἃς λέγομεν δυνάμεις πεποιημέναι καὶ δόξαι διὰ τοῦτο υἱὸν Θεοῦ εἶναι, τὴν ἀπόδειξιν ἤδη ποιησόμεθα, οὐ τοῖς λέγουσι<sup>1</sup> πιστεύοντες, ἀλλὰ τοῖς προφητεύουσι πρὶν ἢ γενέσθαι κατ' ἀνάγκην πειθόμενοι, διὰ τὸ καὶ ὄψει ὡς προεφητεύθη ὁρᾶν γενόμενα καὶ γινόμενα, ἤπερ μεγίστη καὶ ἀληθεστάτη ἀπόδειξις καὶ ὑμῖν, ὡς νομίζομεν, φανήσεται<sup>2</sup>.

31. Ἄνθρωποι οὖν τινες ἐν Ἰουδαίῳις γεγένηται Θεοῦ προφηῆται, δι' ὧν τὸ προφητικὸν πνεῦμα προεκήρυξε τὰ γενήσεσθαι μέλλοντα πρὶν ἢ γενέσθαι· καὶ τούτων οἱ ἐν Ἰουδαίῳις κατὰ καιροὺς γενόμενοι βασιλεῖς τὰς προφητείας, ὡς ἐλέχθησαν ὅτε προεφητεύοντο, τῇ ἰδίᾳ αὐτῶν ἑβραϊδὶ φωνῇ ἐν βιβλίῳις ὑπ' αὐτῶν τῶν προφητῶν συντεταγμένας κτῶμενοι περιεῖπον<sup>3</sup>. <sup>2</sup> Ὅτε δὲ Πτολεμαῖος, ὁ Αἰγυπτίων βασιλεὺς, βιβλιοθήκην κατεσκευάζε καὶ τὰ πάντων ἀνθρώπων συγγράμματα συνάγειν ἐπειράθη, πυθόμενος καὶ περὶ τῶν προφητειῶν τούτων, προσέπεμψε τῷ τῶν Ἰουδαίων τότε βασιλεύοντι Ἡρώδῃ ἀξιῶν διαπεμφθῆναι αὐτῷ τὰς βίβλους τῶν προφητειῶν. <sup>3</sup> Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς Ἡρώδης τῇ προειρημένῃ ἑβραϊδὶ αὐτῶν φωνῇ γεγραμμένας διεπέμψατο<sup>4</sup>. <sup>4</sup> Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἦν γνώριμα τὰ ἐν αὐταῖς γεγραμμένα τοῖς Αἰγυπτίοις, πάλιν αὐτὸν ἠξίωσε πέμψας τοὺς μεταβαλοῦντας αὐτὰς εἰς τὴν ἐλλάδα φωνὴν ἀθρώπους ἀποστεῖλαι<sup>5</sup>. <sup>5</sup> Καὶ τούτου γενομένου ἔμειναν αἱ βίβλοι καὶ παρ'

<sup>a</sup> *deest P.*

<sup>1</sup> i. e. apostoli et doctores ecclesiae. <sup>2</sup> Hoc capite tandem argumentationem in cc. 13 et 23 promissam orditur, Iesum esse filium dei, quam usque ad c. 53 producit. Duo eius rei novit argumenta, alterum ex miraculis Christi, alterum ex vaticinationibus prophetarum petitum; sed prius ei minus placet, quia obponi poterat — et postea Celsus obposuit (Orig. c. Cels. II 48) — Christum vi daemonum miracula edidisse; quare solis vaticinationibus veteris testamenti utitur indeque

**30.** Ne quis autem dicat nobis obiciens, quid obstet, quominus etiam is, qui apud nos dicitur Christus, homo ex hominibus natus, magica arte mira, quae narramus, fecerit et capropter filius dei esse visus sit, ad demonstrationem iam adgrediemur, non iis, qui narraverunt, credentes, sed vaticinatis, antequam evenirent, necessario fidem habentes, propterea quod oculis ita ut praedicta sunt evenisse et evenire videmus, quae quidem maxima et verissima demonstratio et vobis, uti arbitramur, videbitur.

**31.** Homines igitur quidam in Iudaeis fuerunt dei prophetae, per quos propheticus spiritus futura praenuntiavit, antequam fierent; quorum vaticinia qui in Iudaeis suo quisque tempore fuerunt reges, ut a prophetis enuntiabantur, propria ipsorum lingua hebraica in libris ab ipsis prophetis conscripta, adsecuti diligenter conservaverunt. <sup>2</sup> Ptolemaeus autem, Aegyptiorum rex, cum bibliothecam constitueret et omnium hominum scripta comportare conaretur, de his quoque prophetiis certior factus misit ad Herodem, qui tunc Iudaeorum rex erat, rogatum, ut mitterentur sibi libri prophetiarum. <sup>3</sup> Et Herodes rex hebraica, quam diximus, ipsorum lingua scriptos misit. <sup>4</sup> Cum autem quae in iis scripta erant perspicua non essent Aegyptiis, iterum legatis missis rogavit, ut homines mitteret, qui eos in graecum sermonem transferrent. <sup>5</sup> Quo

Christum deum esse efficit, quod, quae prophetae praedixerunt, in Christo et ecclesia eius evenerunt. Eadem fuit Lactantii argumentatio, qui (inst. div. V 3) ita habet: 'Fecit mirabilia; magum putassemus, ut et vos nunc putatis et Iudaei tunc putaverunt, si non illa ipsa facturum Christum prophetae omnes uno spiritu praedixissent'. <sup>3</sup> περιέπειν, tractare seu curare.

<sup>4</sup> Anachronismus hic est; nam Ptolemaeus Philadelphus († 246) multo tempore Herodem antecessit. Etiam aliis locis Iust. chronologiae se minus peritum praebet, ut Dial. c. 103 Herodem tetrarcham successorem Archelai fingit.

<sup>5</sup> In enarranda origine versionis LXX interpretum Iust. Epistulam Aristeae sequitur, haud secus ac Philo (vita Moys. 2, 5) et Iosephus (ant. XII 2, 2 ss.).

Αἰγυπτίοις μέχρι τοῦ δεῦρο, καὶ πανταχοῦ παρὰ πᾶσιν εἰσὶν Ἰουδαίοις, οἱ καὶ ἀναγινώσκοντες οὐ συνῆσαν τὰ εἰρημένα, ἀλλ' ἐχθροὺς ἡμᾶς καὶ πολεμίους ἡγοῦνται, ὁμοίως ὑμῖν ἀναιροῦντες καὶ κολάζοντες ἡμᾶς ὁπότεν δύνωνται, ὡς καὶ πεισθῆναι δύνασθε<sup>1</sup>. 6 Καὶ γὰρ ἐν τῷ νῦν<sup>2</sup> γεγενημένῳ Ἰουδαϊκῷ πολέμῳ Βαρχωχέβας<sup>3</sup>, ὁ τῆς Ἰουδαίων ἀποστάσεως ἀρχηγέτης, Χριστιανοὺς μόνους εἰς τιμωρίας δεινὰς, εἰ μὴ ἀροῦντο Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν καὶ βλασφημοῦεν, ἐκέλευεν ἀπάγεσθαι<sup>a</sup>. 7 Ἐν δὴ ταῖς τῶν προφητῶν βίβλοις εὑρομεν προκηρυσσόμενον παραγινόμενον, γεννώμενον διὰ παρθένου, καὶ ἀνδρούμενον καὶ θεραπεύοντα πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν καὶ νεκροὺς ἀνεγείροντα, καὶ φθορούμενον καὶ ἀγνοούμενον καὶ στανρούμενον Ἰησοῦν τὸν ἡμέτερον Χριστὸν, καὶ ἀποθνήσκοντα καὶ ἀνεγειρόμενον καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνερχόμενον, καὶ υἱὸν Θεοῦ ὄντα καὶ κεκλημένον, καὶ τινὰς πεμπομένους ὑπ' αὐτοῦ εἰς πᾶν γένος ἀνθρώπων κηρύσσοντας ταῦτα, καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἀνθρώπους μᾶλλον αὐτῇ πιστεύειν. 8 Προεφητεύθη δέ, πρὶν ἢ φανῆναι αὐτόν, ἔτεσι ποτὲ μὲν πεντακισχιλίοις<sup>4</sup>, ποτὲ δὲ τρισχιλίοις, ποτὲ δὲ δισχιλίοις, καὶ πάλιν χιλίοις καὶ ἄλλοτε ὀκτακοσίοις· κατὰ γὰρ τὰς διαδοχὰς τῶν γενῶν ἕτεροι καὶ ἕτεροι ἐγένοντο προφηταί.

32. Μωϋσῆς<sup>5</sup> μὲν οὖν, πρῶτος τῶν προφητῶν γενόμενος, εἶπεν αὐτολεξεῖ οὕτως· „Οὐκ ἐκλείψει<sup>6</sup> ἀρχῶν ἐξ Ἰούδα οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται<sup>7</sup>·

<sup>a</sup> ἄγεσθαι *Eus. h. e. IV 8, 4.*

<sup>1</sup> De maximo Iudaeorum in Christianos odio Iust. saepe loquitur (apol. I 36; dial. c. 110 et 134). <sup>2</sup> Voce νῦν Iust. ampliore sensu utitur, cf. c. 29, 4; simili modo c. 42 dicit Christum καθ' ἡμᾶς i. e. nostris temporibus crucifixum esse. <sup>3</sup> Bar Cochba, qui Romanis bellum intulit annis 132—135, in Christianos saevit, quia bello interesse noluerunt.

<sup>4</sup> Fortasse hoc loco Iust. cogitat de Adam; cfr. Tert. (de anima c. 11): 'Adam statim prophetavit magnum illud sacramentum in Christum et ecclesiam: *Hoc nunc os ex ossibus meis*'. At c. 32, 1 idem Iust. Moysen primum prophetarum fuisse narrat. Non liquet.

<sup>5</sup> Habes in hoc capite exemplum eminens interpretationis quae dicitur

facto libri etiam apud Aegyptios usque adhuc manserunt et ubique apud omnes exstant Iudaeos, qui quidem legentes non intellegunt, quae dicuntur, sed pro inimicis nos et hostibus habent, aequae ac vos morte et suppliciis nos adficietas, quantum possunt, id quod et vobis persuadere potestis. <sup>6</sup> Nam in bello Iudaico nostra aetate gesto Barchochebas, Iudaeorum rebellionis dux, Christianos solos ad supplicia gravia, nisi negarent Iesum Christum eique maledicerent, abduci iussit. <sup>7</sup> In libris igitur prophetarum invenimus praenuntiatum advenire, nasci ex virgine, pubescere et curare omnem morbum omnemque languorem et mortuos excitare, invidiae esse et ignorari et cruci adfigi Iesum nostrum Christum, et mori et resurgere et in caelos adscendere, eumque filium dei esse et vocari et quosdam mitti ab eo ad omne genus hominum nuntiatum haec hominesque, qui ex gentibus sunt, potius ei credere. <sup>8</sup> Praedictum autem est annis ante, quam natus est, modo quinque milibus modo tribus milibus modo duobus milibus et rursus mille et alias octingentis; nam per gentium generationes alii exstiterunt prophetae.

32. Iam vero Moyses, primus prophetarum, ita ad verbum dixit: *Non deficiet princeps ex Iuda et dux de femoribus eius, dum veniat, cui repositum est; et ipse erit expectatio allegoricae, cui Iust. noster magnopere studebat.* Cum enim haec eius esset sententia. omnibus veteris testamenti dictis praedici et factis praefigurari novum testamentum, omni modo illa ad novum testamentum interpretando trahebat; quod si quando minus facile poterat, violentiore quodam remedio usus artem interpretationis allegoricae seu tropicae adhibuit. <sup>6</sup> Gen. 49, 10. 11. In laudandis locis veteris testamenti Iust. plerumque ut hic versionem graecam, vulgo LXX dictam, sequitur, sed libere, ita ut aliqua saepe addat, aliqua mutet; hebraici sermonis imperitus fuisse videtur (cfr. Semisch, Iustin d. Märtyrer I 216 ss.). <sup>7</sup> In Dialogo c. 120 narrat, in codicibus Iudaeorum legi τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ, in LXX vero rectius ᾧ ἀπόκειται. Hodie in LXX ita est: τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ; in Vulgata vero versione latina ita: 'qui mittendus est'.

καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν, δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ, πλύνων ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν στολὴν αὐτοῦ“.

2 Ὑμέτερον οὖν ἔστιν ἀκριβῶς ἐξετάσαι καὶ μαθεῖν, μέχρι τίνος ἦν ἄρχων καὶ βασιλεὺς ἐν Ἰουδαίοις ἴδιος αὐτῶν· μέχρι τῆς φανερώσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἡμετέρου διδασκάλου καὶ τῶν ἀγνοουμένων προφητειῶν ἐξηγητοῦ, ὡς προεβόηθη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἁγίου προφητικοῦ πνεύματος διὰ τοῦ Μωϋσέως μὴ ἐκλείπειν ἄρχοντα ἀπὸ Ἰουδαίων, ἕως ἄν ἔλθῃ ὃ ἀπόκειται τὸ βασίλειον.

3 Ἰούδας γὰρ προπάτωρ Ἰουδαίων, ἀφ’ οὗ καὶ τὸ Ἰουδαῖοι καλεῖσθαι ἐσχήκασιν· καὶ ὑμεῖς μετὰ τὴν γενομένην αὐτοῦ φανέρωσιν καὶ Ἰουδαίων ἐβαλισεύσατε καὶ τῆς ἐκείνων πάσης γῆς ἐκρατήσατε.

4 Τὸ δὲ „Αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν“ μηνυτικὸν ἦν, ὅτι ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν προσδοκῆσουσιν αὐτὸν πάλιν παραγενησόμενον, ὅπερ ὄψει ὑμῖν πάρεστιν ἰδεῖν καὶ ἐργασθῆναι· ἐκ πάντων γὰρ γενῶν ἀνθρώπων προσδοκῶσι τὸν ἐν Ἰουδαίᾳ σταυρωθέντα, μεθ’ οὗ ἐν εὐθύς δοριάλωτος<sup>1</sup> ὑμῖν ἡ γῆ Ἰουδαίων παρεδόθη.

5 Τὸ δὲ „Δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ καὶ πλύνων τὴν στολὴν αὐτοῦ ἐν αἵματι σταφυλῆς“ σύμβολον δηλωτικὸν ἦν τῶν γενησομένων τῷ Χριστῷ καὶ τῶν ὑπ’ αὐτοῦ πραχθησομένων.

6 Πῶλος γὰρ τις ὄνου εἰστήκει ἐν τινι εἰσόδῳ κόμης πρὸς ἄμπελον<sup>2</sup> δεδεμένος, ὃν ἐκέλευσεν ἀγαγεῖν αὐτῷ τότε τοὺς γνωρίμους αὐτοῦ, καὶ ἀχθέντος ἐπιβάς ἐκάθισε καὶ εἰσελήλυθεν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, ἐνθα τὸ μέγιστον ἱερὸν ἦν Ἰουδαίων, ὃ ὑφ’ ὑμῶν ὕστερον κατεστράφη· καὶ μετὰ ταῦτα ἐσταυρώθη, ὅπως τὸ λείπον τῆς προφητείας συντελεσθῆ.

7 Τὸ γὰρ „Πλύνων τὴν στολὴν αὐτοῦ ἐν αἵματι σταφυλῆς“ προαγγελτικὸν ἦν τοῦ πάθους, οὗ πάσχειν ἐμελλε δι’ αἵματος καθαιρῶν τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ.

8 Ἡ γὰρ κεκλιμένη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πνεύματος διὰ τοῦ προφήτου στολὴ οἱ πιστεύοντες αὐτῷ εἰσιν ἄνθρωποι, ἐν οἷς οἰκεῖ τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ σπέρμα, ὁ λόγος<sup>3</sup>.

9 Τὸ δὲ εἰρημένον αἷμα τῆς σταφυλῆς σημαντικὸν

<sup>1</sup> a Tito.

<sup>2</sup> Pullum, cui Christus insidebat, ad vitem adligatam fuisse, in evangeliiis canonicis non legitur et ab ipso Iustino Dial. c. 53

*tium, ligans ad vitem pullum suum, lavans in sanguine uvae stolam suam.* <sup>2</sup> Atqui nostrum est inquirere et cognoscere, quo usque fuerit princeps et rex in Iudaeis proprius eorum: usque ad adparitionem Iesu Christi, magistri nostri et prophetiarum non intellectarum interpretis, prout a divino sancto prophetico spiritu per Moysen praedictum est, non defecturum principem ex Iudaeis, dum venerit, cui repositum esset regnum. <sup>3</sup> Iudas enim auctor erat Iudaeorum, a quo etiam ut Iudaei vocarentur acceperunt; et vos post factam illius adparitionem et Iudaeos subegistis et illorum omni regno potiti estis. <sup>4</sup> Illud autem *Ipse erit expectatio gentium* indicabat, ex omnibus gentibus fore, qui cum iterum venturum expectarent; id quod oculis vobis licet videre et revera persuaderi; ex omnibus enim generibus hominum sunt, qui illum in Iudaea cruci adfixum expectent, post quem statim bello capta vobis terra Iudaeorum tradita est. <sup>5</sup> Porro illud *Ligans ad vitem pullum suum lavans stolam suam in sanguine uvae* symbolum erat significans, quae eventura Christo ab eoque gerenda essent. <sup>6</sup> Pullus enim asinae stabat in introitu quodam vici ad vitem adligatus, quem adducere sibi iussit tum discipulos suos et adducto adscendens insidebat et Hierosolyma ingressus est, ubi maximum templum erat Iudaeorum, quod a vobis postea eversum est; et exinde in crucem actus est, ut quod reliquum erat prophetiae impleretur. <sup>7</sup> Illud enim *Lavans stolam suam in sanguine uvae* praenuntiabat tormenta, quae erat perpessus, sanguine abluens eos, qui credunt ei. <sup>8</sup> Nam quae a divino spiritu per prophetam adpellatur stola, ei credentes sunt homines, in quibus habitat ex deo semen, logos. <sup>9</sup> Quod autem dicitur *sanguis uvae*

relinquitur. <sup>3</sup> Ut Iust. pluribus locis dicit omnibus hominibus *σπέρμα τοῦ λόγου* inesse (ex. gr. Apol. II 8), sic hoc loco Christus *παρὰ τοῦ Θεοῦ σπέρμα* vocatur; cfr. Tert. adv. Prax. c. 9: 'Pater enim tota substantia est, filius vero derivatio totius et portio'.

τοῦ ἔχειν μὲν αἷμα τὸν φανησόμενον, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀνθρωπείου σπέρματος ἀλλ' ἐκ Θείας δυνάμεως. <sup>10</sup> Ἡ δὲ πρώτη δύναμις μετὰ τὸν πατέρα πάντων καὶ δεσπότην Θεὸν καὶ υἱὸς ὁ λόγος ἐστίν<sup>1</sup>. ὅς τίνα τρόπον σαρκοποιηθεὶς ἀνθρώπος γέγονεν, ἐν τοῖς ἐξῆς ἐροῦμεν. <sup>11</sup> Ὁν τρόπον γὰρ τὸ τῆς ἀμπέλου αἷμα οὐκ ἀνθρώπος πεποίηκεν ἀλλ' ὁ Θεός, οὕτως καὶ τοῦτο ἐμηνύετο οὐκ ἐξ ἀνθρωπείου σπέρματος γενήσεσθαι τὸ αἷμα ἀλλ' ἐκ δυνάμεως Θεοῦ, ὡς προέφημεν. <sup>12</sup> Καὶ Ἡσαΐας δέ, ἄλλος προφήτης, τὰ αὐτὰ δι' ἄλλων ῥήσεων προφητεύων οὕτως εἶπεν· „Ἀνατελεῖ<sup>2</sup> ἄστρον ἐξ Ἰακώβ, καὶ ἄνθος ἀναβήσεται ἀπὸ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί· καὶ ἐπὶ τὸν βραχίονα αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιούσιν“. <sup>13</sup> Ἄστρον δὲ φωτεινὸν ἀνέτειλε, καὶ ἄνθος ἀνέβη ἀπὸ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί, οὗτος ὁ Χριστός. <sup>14</sup> Διὰ γὰρ παρθένου τῆς ἀπὸ τοῦ σπέρματος Ἰακώβ, τοῦ γενομένου πατρὸς Ἰούδα, τοῦ δεδηλωμένου Ἰουδαίων πατρὸς, διὰ δυνάμεως Θεοῦ ἀπεκνήθη· καὶ Ἰεσσαί προπάτωρ μὲν κατὰ τὸ λόγιον γεγένηται, τοῦ δὲ Ἰακώβ καὶ τοῦ Ἰούδα κατὰ γένους διαδοχὴν υἱὸς ὑπῆρχεν.

**33.** Καὶ πάλιν ὡς αὐτολεξεὶ διὰ παρθένου μὲν τεχθῆσόμενος διὰ τοῦ Ἡσαίου προεφητεύθη, ἀκούσατε. Ἐλέχθη δὲ οὕτως· „Ἰδοὺ<sup>3</sup> ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει καὶ τέξεται υἱόν, καὶ ἐροῦσιν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός“. <sup>2</sup> Ἄ γὰρ ἦν ἀπίστα καὶ ἀδύνατα νομιζόμενα παρὰ τοῖς ἀνθρώποις γενήσεσθαι, ταῦτα ὁ Θεὸς προεμήνυσε διὰ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος μέλλειν γίνεσθαι, ἵνα ὅταν γένηται μὴ ἀπιστηθῆ, ἀλλ' ἐκ τοῦ προειρηθῆσαι πιστευθῆ<sup>4</sup>. <sup>3</sup> Ὅπως δὲ μὴ τινες, μὴ νοήσαντες τὴν δεδηλωμένην προφητείαν, ἐγκαλέσωσιν ἡμῖν ἅπερ ἐνεκαλέσαμεν τοῖς ποιηταῖς, εἰποῦσιν ἀφροδισίων χάριν ἐληλυθέναι ἐπὶ γυναικας τὸν Δία, διασαφῆσαι τοὺς λόγους πειρασόμεθα. <sup>4</sup> Τὸ οὖν „Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει“ σημαίνει οὐ συνουσιασθεῖσαν τὴν παρθένον συλλαβεῖν· εἰ γὰρ ἐσυνουσιάσθη ὑπὸ ὀτινοῦν, οὐκ ἔτι ἦν παρθένος· ἀλλὰ δύναμις Θεοῦ ἐπελ-

<sup>1</sup> Vide, quae supra p. 26 adn. 3 de subordinatianismo s. Iustini disputavi.

<sup>2</sup> Is. 11, 1. 10; sed prima pars non ex Isaia, sed ex

significat sanguinem habere illum quidem, qui adpariturus esset, veruntamen non ex humano semine sed ex divina virtute. <sup>10</sup> Prima autem virtus secundum patrem omnium dominumque deum et filius logos est; qui quomodo incarnatus homo factus sit, postea dicemus. <sup>11</sup> Quemadmodum enim vitis sanguinem non homo fecit sed deus, ita illum sanguinem non ex humano semine sed ex divina virtute futurum esse, ut modo diximus, significatum est. <sup>12</sup> Atque Iesaias, alius propheta, eadem aliis verbis praedicens sic: *Orietur, inquit, stella ex Iacob, et flos descendet e radice Isai; et in brachium eius gentes sperabunt.* <sup>13</sup> Stella vero splendida orta est, et flos adscendit e radice Isai, hic Christus. <sup>14</sup> Nam per virginem, quae fuit ex semine Iacobi, patris Iudae, de quo Iudaeorum auctore supra mentio facta est, virtute dei editus est; et Isai progenitor secundum effatum fuit, qui quidem Iacobi et Iudae secundum generis successionem filius fuit.

**33.** Et rursus, quomodo ad verbum ex virgine nasciturum cum esse per Iesaiam praedictum sit, audite. Dictum est autem sic: *Ecce virgo in utero habebit et pariet filium et vocabitur nomen eius: Nobiscum deus.* <sup>2</sup> Quae enim erant incredibilia neque fieri posse apud homines putabantur, haec deus praenuntiavit per propheticum spiritum futura, ne, quando evenissent, fides iis denegaretur, imo ex eo, quod praedicta sunt, crederentur. <sup>3</sup> Sed ne qui, non intellegentes memoratum vaticinium, exprobrent nobis, quae exprobraverunt poetis dicentibus rerum venerearum gratia venisse ad mulieres Iovem, explanare verba illa conabimur. <sup>4</sup> Illud *Ecce virgo in utero concipiet* significat non ex concubitu virginem concipere; si enim quis cum ea concubisset, non iam esset virgo; verum virtus dei superveniens virgini obumbravit eam fecitque, ut vaticinio Balaam (Num. 24, 17) petita est. <sup>3</sup> Is. 7, 14. <sup>4</sup> Cfr. Ioh. 14, 29.

θοῦσα τῇ παρθένῳ ἐπεσζίασεν αὐτήν, καὶ νεοφορῆσαι παρθένον οὕσαν πεποίηκε<sup>1</sup>. 5 Καὶ ὁ ἀποσταλεῖς δὲ πρὸς αὐτήν τὴν παρθένον κατ' ἐξεῖνο τοῦ καιροῦ ἄγγελος Θεοῦ εὐηγγελίσατο αὐτὴν εἰπὼν· „Ἰδοὺ<sup>2</sup> συλλήψῃ ἐν γαστρὶ ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ τέξῃ υἷόν, καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται, καὶ καλέσεις<sup>3</sup> τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν, αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν“, ὡς οἱ ἀπομνημονεύσαντες πάντα τὰ περὶ τοῦ σωτήρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐδίδαξαν, οἷς ἐπιστεύσαμεν, ἐπειδὴ καὶ διὰ Ἡσαίου τοῦ προδεδηλωμένου τὸ προφητικὸν πνεῦμα τοῦτον γεννησόμενον<sup>4</sup>, ὡς προεμηνύομεν, ἔφη. 6 Τὸ πνεῦμα οὖν καὶ τὴν δύναμιν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ οὐδὲν ἄλλο νοῆσαι θέμις ἢ τὸν λόγον, ὃς καὶ πρωτότοκος τῷ Θεῷ ἐστι, Μωϋσῆς<sup>b</sup> ὁ προδεδηλωμένος προφήτης ἐμήνυσε· καὶ τοῦτο ἐλθὼν ἐπὶ τὴν παρθένον καὶ ἐπισζιάσας οὐ διὰ σιγῆς ἀλλὰ διὰ δυνάμεως ἐγγύμονα κατέστησε<sup>5</sup>. 7 Τὸ δὲ Ἰησοῦς, ὄνομα τῇ ἑβραϊκῇ φωνῇ, σωτὴρ τῇ ἑλληνίδι διαλέκτῳ ὀηλοῖ. 8 Ὄθεν καὶ ὁ ἄγγελος πρὸς τὴν παρθένον εἶπε· „Καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν“. 9 Ὅτι δὲ οὐδενὶ ἄλλῳ θεοφοροῦνται οἱ προφητεύοντες εἰ μὴ λόγῳ Θεῷ, καὶ ὑμεῖς, ὡς ὑπολαμβάνω, φήσετε<sup>7</sup>.

34. Ὅπου δὲ καὶ τῆς γῆς γενεᾶσθαι ἐμελλεν, ὡς προεῖπεν ἕτερος προφήτης ὁ Μιχαίας, ἀκούσατε. Ἐφη δὲ οὕτως· „Καὶ<sup>8</sup> σὺ Βηθλέμ, γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐν σοὶ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαὸν μου“. 2 Κόμη δὲ τίς ἐστιν ἐν τῇ χώρᾳ Ἰουδαίων, ὑπέχουσα σταδίους τριάκοντα πέντε Ἱεροσολίμων, ἐν ᾗ ἐγεννήθη Ἰησοῦς Χριστός, ὡς καὶ μαθεῖν δύνασθε<sup>9</sup> ἐκ τῶν ἀπογραφῶν τῶν γενομένων ἐπὶ Κυρηναίου, τοῦ ὑμετέρου ἐν Ἰουδαίᾳ πρώτου γενομένου ἐπιτρόπου<sup>10</sup>.

<sup>a</sup> τοῦτο γεννησόμενον O.

<sup>b</sup> ὡς Μωϋσῆς O, Pauligny.

<sup>1</sup> Luc. 1, 35.    <sup>2</sup> Luc. 1, 31. 32.    <sup>3</sup> Matth. 1, 21.    <sup>4</sup> Γεννησόμενον hic sensu passivo usurpatum est, id quod fieri posse ex aliis locis patet; itaque non est, cur cum Ottone scribamus τοῦτο γεννησόμενον.    <sup>5</sup> Gen. 49, 11; cfr. Apol. I 32, 9. 10.    <sup>6</sup> Virtute logi divini, non spiritus sancti, incarnationem dei factam esse et Iust. aliis locis (ex. gr.

quamvis virgo praegnans esset. <sup>5</sup> Et missus ad ipsam virginem id temporis angelus dei lactum ei nuntium adtulit, cum diceret: *Ecce concipies in utero ex spiritu sancto et paries filium, et filius altissimi vocabitur, et vocabis nomen eius Iesum, ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis suis*, uti ii, qui litteris mandarunt omnia ad servatorem nostrum Iesum Christum spectantia, tradiderunt, quibus credidimus, quia etiam per Iesaiam supra dictum propheticus spiritus huius ortum, uti iam indicavimus, nuntiavit. <sup>6</sup> Atqui spiritum et virtutem, quae a deo est, nihil aliud interpretanda esse nisi logum, qui idem primogenitus deo est, Moyses propheta supra memoratus significavit; et hic superveniendo virgini eamque obumbrando non ex concubitu, sed ex virtute praegnantem eam reddidit. <sup>7</sup> Iesus autem, nomen linguae hebraicae, idem ac servator graeco sermone sonat. <sup>8</sup> Unde etiam angelus ad virginem dixit: *Et vocabis nomen eius Iesum; ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis suis*. <sup>9</sup> A nullo vero alio divinitus concitari vaticinantes nisi a logo divino, et vos, ut arbitror, dicetis.

34. Iam vero ubi terrarum nasciturus esset, quomodo praedixerit Michaeas alius propheta, audite. Dixit autem sic: *Et tu, Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda; ex te enim exiet dux, qui regat populum meum*. <sup>2</sup> Vicus quidam est in terra Iudaeorum, XXXV stadia ab urbe Hierosolymis remota, ubi natus est Iesus Christus, uti etiam ex tabulis sub Quirinio, primo vestro in Iudaea procuratore, confectis discere potestis.

<sup>1</sup> Haud scio an Iust. meminerit hoc loco verba s. scripturae, ut Gal. 4, 31; Ephes. 5, 8; Rom. 8, 5. <sup>2</sup> Nomine igitur patris utitur baptizans distinctionis tantum causa, non ut proprio. <sup>3</sup> Idem nomen sacramenti legitur apud Clem. Alex. paed. I 6, 26. <sup>4</sup> Is. 1, 16—20; vide supra c. 61, 7. <sup>5</sup> Ethnicos manus lavasse, antequam sacra facerent, docet Homerus (Il. 1, 449; 16, 230); itaque pro liminibus templorum lebetes

per mutuam parentum mixtionem et in moribus pravis malisque vitae institutis adolevimus, ne necessitatis filii aut ignorantiae maneamus sed electionis et intellegentiae, remissionemque peccatorum, quae ante admisimus, adipiscamur, in aqua pronuntiatur super eo, qui constituit regenerari et quem peccatorum paenituit, patris cunctorum et domini dei nomen, hoc ipsum solum adpellante eo, qui baptizandum ducit ad lavaerum. <sup>11</sup> Nomen enim ineffabili deo nemo potest ponere; quod si quis esse dicere audeat, captus est insanabili amentia. <sup>12</sup> Vocatur autem hoc lavaerum inluminatio, quod mente inluminantur qui haec discunt. <sup>13</sup> Atque etiam in nomine Iesu Christi, cruci adfixi sub Pontio Pilato, et in nomine spiritus sancti, qui per prophetas praenuntiavit, quaecunque ad Iesum spectant, is qui inluminatur abluitur.

**62.** Atqui lavaerum hoc cum audivissent a propheta nuntiatum, daemones effecerunt, ut et ii se adspergerent, qui templa sua ingrederentur sibi que adpropinquare vellent libationes nidoresque facturi; quin etiam ut laventur ii, qui accedunt, antequam ingrediantur templa, ubi conlocati sunt, efficiunt. <sup>2</sup> Nam etiam excalceare pedes ut ii, qui templa ingrediuntur eosque colunt, a sacerdotibus iuberentur, ex iis, quae Moysi prophetae supra memorato evenerunt, cognitum daemones imitati sunt. <sup>3</sup> Quo tempore enim Moyses iussus est in Aegyptum descendere populumque inde Israelitarum educere, pascenti ei in Arabica terra oves avunculi in figura ignis e rubo Christus positi erant aqua lustrali impleti (Eurip. Herc. fur. v. 928), atque etiam cibos imperator Iulianus tali aqua adspergebat (Theodoret. hist. e. III 13). Tota corpora lavasse Christianos saepe ante orationem testatur Tert. de orat. c. 11. <sup>6</sup> Apud omnes antiquos populos nemo loca sacra intrare aut sacra facere audebat nisi nudis pedibus; idem fit hodie apud Muhamedi sectatores et Indos; apud Iudaeos sacerdotes manus et pedes lavabant calceis detractis templum ingressuri (exod. 30, 19).

Ἰσραηλιτῶν, ποιμαίνοντος αὐτοῦ ἐν τῇ ἀρῶαβικῇ γῇ πρόβατα τοῦ πρὸς μητρὸς Θείου<sup>1</sup>, ἐν ἰδέᾳ πυρὸς ἐκ βάτου προσωμίλησεν αὐτῷ ὁ ἡμέτερος Χριστὸς καὶ εἶπεν· „Υπόλυσαι τὰ ὑποδήματά σου καὶ προσελθὼν ἄκουσον“<sup>2</sup>. 4 Ὁ δὲ ὑπολυσάμενος καὶ προσελθὼν ἀκήκοε κατελθεῖν εἰς Αἴγυπτον καὶ ἐξαγαγεῖν τὸν ἐκεῖ λαὸν τῶν Ἰσραηλιτῶν, καὶ δύναμιν ἰσχυρὰν ἔλαβε παρὰ τοῦ λαλήσαντος αὐτῷ ἐν ἰδέᾳ πυρὸς Χριστοῦ, καὶ κατελθὼν ἐξήγαγε τὸν λαὸν ποιήσας μεγάλα καὶ θαυμάσια, ἃ εἰ βούλεσθε μαθεῖν, ἐκ τῶν συγγραμμάτων ἐκείνου ἀκριβῶς μαθήσεσθε.

63. Ἰουδαῖοι δὲ πάντες καὶ νῦν διδάσκουσι τὸν ἀωνόμαστον θεὸν λελαλημέναι τῷ Μωϋσεῖ. 2 Ὄθεν τὸ προφητικὸν πνεῦμα διὰ Ἡσαΐου τοῦ προμνηνυμένου προφήτου ἐλέγχον αὐτούς, ὡς προεγράψαμεν<sup>3</sup>, εἶπεν· „Ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ, Ἰσραὴλ δὲ με οὐκ ἔγνω καὶ ὁ λαὸς με οὐκ ἐνόησε“. 3 Καὶ Ἰησοῦς δὲ ὁ Χριστὸς, ὅτι οὐκ ἔγνωσαν Ἰουδαῖοι, τί πατὴρ καὶ τί υἱός, ὁμοίως ἐλέγχον αὐτούς καὶ αὐτὸς εἶπεν· „Οὐδεὶς<sup>4</sup> ἔγνω τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱός, οὐδὲ τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατὴρ καὶ οἷς ἂν ἀποκαλύψῃ ὁ υἱός“. 4 Ὁ λόγος δὲ τοῦ θεοῦ ἐστὶν ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὡς προέφημεν<sup>5</sup>. 5 Καὶ ἄγγελος δὲ καλεῖται καὶ ἀπόστολος· αὐτὸς γὰρ ἀπαγγέλλει, ὅσα δεῖ γνωσθῆναι, καὶ ἀποστέλλεται μηνύειν, ὅσα ἀγγέλλεται, ὡς καὶ αὐτὸς ἰ κύριος ἡμῶν εἶπεν· „Ὁ ἐμοῦ<sup>6</sup> ἀκούων ἀκούει τοῦ ἀποστείλαντός με“. 6 Καὶ ἐκ τῶν τοῦ Μωϋσέως δὲ συγγραμμάτων φανερὸν τοῦτο γενήσεται. 7 Λέλεκται δὲ ἐν αὐτοῖς οὕτως· „Καὶ<sup>7</sup> ἐλάλησε Μωϋσεῖ ἄγγελος θεοῦ ἐν φλογὶ πυρὸς ἐκ τῆς βάτου καὶ εἶπεν· Ἐγὼ εἰμι ὁ ὢν, θεὸς Ἀβραάμ, θεὸς Ἰσαὰκ, θεὸς Ἰακώβ, ὁ θεὸς τῶν πατέρων σου. 8 Κάτελθε εἰς Αἴγυπτον καὶ ἐξάγαγε τὸν λαὸν μου“. 9 Τὰ δ' ἐπόμενα ἐξ ἐκείνων βουλόμενοι μαθεῖν δύνασθε· οὐ γὰρ δυνατὸν ἐν τούτοις ἀναγράψαι πάντα. 10 Ἄλλ' εἰς ἀπόδειξιν γεγονάσιν οἷδε οἱ λόγοι, ὅτι υἱὸς θεοῦ καὶ ἀπόστολος Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἐστι, πρότερον λόγος ὢν, καὶ ἐν ἰδέᾳ πυρὸς ποτὲ φανείς, ποτὲ δὲ καὶ ἐν εἰκόνι ἄσωμάτω<sup>a</sup>. νῦν δὲ διὰ θελήματος θεοῦ ὑπὲρ τοῦ ἀνθρωπείου γένους ἄνθρωπος γενόμενος ὑπέμεινε καὶ παθεῖν, ὅσα αὐτὸν ἐνήργησαν οἱ δαίμονες διατεθῆναι ὑπὸ τῶν ἀνοήτων Ἰουδαίων. 11 Οἷτινες ἔχοντες ῥητῶς εἰρημένον ἐν τοῖς Μωϋσέως συντάγμασι· „Καὶ ἐλάλησεν ἄγγελος τοῦ θεοῦ τῷ Μωϋσεῖ ἐν πυρὶ φλογὸς ἐν βάτῳ καὶ εἶπεν· Ἐγὼ εἰμι ὁ ὢν, ἰ θεὸς Ἀβραάμ καὶ ὁ θεὸς Ἰσαὰκ καὶ ὁ θεὸς Ἰακώβ“, τὸν τῶν ὅλων πατέρα καὶ δημιουργὸν τὸν ταῦτα εἰπόντα λέγουσιν εἶναι. 12 Ὄθεν καὶ τὸ

<sup>a</sup> Ita Maramus et Veil, *cf.* *infra* nr. 16 εἰκόνας ἄσωμάτων; ἄσωμάτων POKr.

<sup>1</sup> Errat Iust. hoc loco; nam Iethro socer, non avunculus Moysis

noster adpropinquavit dixitque: *Solve calceos tuos accedensque audi.* <sup>4</sup> Qui excalceatus et accedens audivit, ut descenderet in Aegyptum educeretque inde populum Israelitarum, magna-que virtute a Christo, qui in figura ignis cum eo locutus est, accepta descendit et eduxit populum magna miraculis aditibus, quae si cognoscere volueritis, ex libris eius accurate cognoscetis.

**63.** Iudaei omnes etiam nunc deum nomine vacantem cum Moyses conlocutum esse docent. <sup>2</sup> Quapropter propheticus spiritus per Iesaiam supra commemoratum increpans eos, ut prius scripsimus: *Cognovit, inquit, bos possessorem suum et asinus praesepe domini sui. Israel autem me non cognovit et populus me non intellexit.* <sup>3</sup> Et Iesus Christus, quia Iudaei ignorabant, quid pater et quid filius esset, pariter increpans eos et ipse: *Nemo, inquit, cognovit patrem nisi filius neque filium nisi pater et quibuscumque filius revelavit.* <sup>4</sup> Logos autem dei est filius eius ut supra diximus. <sup>5</sup> Etiam angelus vocatur et apostolus; ipse enim nuntiat, quae cognoscenda sunt, et mittitur, ut indicet quae nuntiantur, quemadmodum et ipse dominus noster dixit: *Qui me audit, eum audit qui me misit.* <sup>6</sup> Etiam ex scriptis Moysis id patebit. <sup>7</sup> Dictum est sic in iis: *Et locutus est Moysi angelus dei in flamma ignis e rubo et dixit: Ego sum qui sum, deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob, deus patrum tuorum; descende in Aegyptum et educ populum meum.* <sup>8</sup> Quae secuntur, ex illis, si libet, cognoscere potestis; non enim omnia in hisce exscribere possumus. <sup>10</sup> Haec vero scripsimus ad demonstrandum filium dei et apostolum esse Iesum Christum, qui antea logos erat ac modo in figura ignis, modo in imagine incorporea adparuit, nunc autem ad voluntatem dei pro genere humano homo factus etiam pati voluit, quae in eum moliti sunt impulsu daemonum insani Iudaei. <sup>11</sup> Qui, quamquam diserte scriptum habent in libris Moysis: *Et locutus est angelus dei ad Moysen in igne flammae in rubo et dixit: Ego sum qui sum, deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob, patrem et fabricatorem universorum eum esse adserunt qui haec dixit.* <sup>12</sup> Quare etiam propheticus spiritus increpans eos dixit: *Israel vero me non cogno-*

erat. <sup>2</sup> Exod. 3, 5. <sup>3</sup> supra c. 37, 1; Is. 1, 3. <sup>4</sup> Matth. 11, 27.

<sup>5</sup> supra c. 21, 1; 22, 1 s.; 23, 2; 32, 10. <sup>6</sup> Matth. 10, 40; Luc. 10, 16.

<sup>7</sup> Exod. 3, 2 ss.

προφητικὸν πνεῦμα ἐλέγχον αὐτοὺς εἶπεν· „Ἰσραὴλ<sup>1</sup> δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ἡ λαὸς με οὐκ συνῆκε“. 13 Καὶ πάλιν ὁ Ἰησοῦς, ὡς ἐδηλώσαμεν, παρ' αὐτοῖς ἂν εἶπεν· „Οὐδεὶς<sup>2</sup> ἔγνω τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱός, οὐδὲ τὸν υἱὸν εἰ μὴ ἡ πατὴρ καὶ οἷς ἂν ἡ υἱὸς ἀποκαλύψῃ“. 14 Ἰουδαῖοι οὖν ἠγῆσάμενοι ἀεὶ τὸν πατέρα τῶν ἔλων λελαληκέναι τῷ Μωϋσῆϊ, τοῦ λαλήσαντος αὐτῷ ὄντος υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ ἄγγελος καὶ ἀπόστολος κέκληται, δικαίως ἐλέγχονται καὶ διὰ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, ὡς οὔτε τὸν πατέρα οὔτε τὸν υἱὸν ἔγνωσαν. 15 Οἱ γὰρ τὸν υἱὸν πατέρα φάσκοντες εἶναι ἐλέγχονται μήτε τὸν πατέρα ἐπιστάμενοι, μηθ' ὅτι ἐστὶν υἱὸς τῷ πατρὶ τῶν ἔλων γινώσκοντες· ὃς λόγος καὶ πρωτότοκος ὢν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸς ὑπάρχει. 16 Καὶ πρότερον διὰ τῆς τοῦ πυρὸς μορφῆς καὶ εἰκόνος ἀσωμάτου τῷ Μωϋσῆϊ καὶ τοῖς ἑτέροις προφήταις ἐφάνη· νῦν δ' ἐν χοίροις τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς, ὡς προείπομεν<sup>3</sup>, διὰ παρθένου ἀνθρώπου γενόμενος κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς βουλὴν ὑπὲρ σωτηρίας τῶν πιστευόντων αὐτῷ καὶ ἐξουθενηθῆναι καὶ παθεῖν ὑπέμεινεν, ἵνα ἀποθανῶν καὶ ἀναστὰς νικήσῃ τὸν θάνατον. 17 Τὶ δὲ εἰρημένον ἐκ βάτου τῷ Μωϋσῆϊ· „Ἐγὼ εἰμι ὁ ὢν, ὁ Θεὸς Ἀβραάμ καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ καὶ ἡ Θεὸς Ἰακώβ καὶ ἡ Θεὸς τῶν πατέρων σου“, σημαντικὸν τοῦ καὶ ἀποθανόντος ἐκείνου μένειν καὶ εἶναι αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ἀνθρώπους· καὶ γὰρ πρῶτοι τῶν πάντων ἀνθρώπων ἐκεῖνοι περὶ Θεοῦ ζήτησιν ἠσυχολήθησαν, Ἀβραάμ μὲν πατὴρ ὢν τοῦ Ἰσαὰκ, Ἰσαὰκ δὲ τοῦ Ἰακώβ, ὡς καὶ Μωϋσῆς ἀνέγραψε.

**64.** Καὶ τὸ ἀνεγείρειν δὲ τὸ εἰδύλον τῆς λεγομένης Κόρης ἐπὶ ταῖς τῶν ὑδάτων πηγαῖς<sup>4</sup> ἐνεργῆσαι τοὺς δαίμονας, λέγοντας θυγατέρα αὐτὴν εἶναι τοῦ Διὸς, μιμησαμένους τὸ διὰ Μωϋσέως εἰρημένον, ἐκ τῶν προειρημένων νοῆσαι δύνασθε. 2 Ἐφη γὰρ ὁ Μωϋσῆς, ὡς προεγράψαμεν<sup>5</sup>. „Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ἡ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. 3 Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τῶν ὑδάτων“. 4 Εἰς μίμησιν οὖν τοῦ λεχθέντος ἐπιφερομένων<sup>α</sup> τῷ ὑδατι πνεύματος Θεοῦ τὴν Κόρη θυγατέρα τοῦ Διὸς ἔφασαν. 5 Καὶ τὴν Ἀθηναῖαν δὲ ὁμοίως πονηροῦμένοι θυγατέρα τοῦ Διὸς ἔφασαν, οὐκ ἀπὸ μίξεως, ἀλλ', ἐπειδὴ ἐννοηθέντα<sup>β</sup> τὸν Θεὸν διὰ λόγου τὸν κόσμον ποιῆσαι ἔγνωσαν, ὡς τὴν πρώτην ἐννοίαν ἔφασαν τὴν Ἀθηναῖαν· ὅπερ γελοιώτατον ἠγοῦμεθα εἶναι, τῆς ἐννοίας εἰκόνα παραφέρειν θηλειῶν μορφῆν. 6 Καὶ ὁμοίως τοὺς ἄλλους λεγομένους υἱοὺς τοῦ Διὸς αἱ πράξεις ἐλέγχουσιν.

**65.** Ἡμεῖς δὲ μετὰ τὸ οὕτως λοῦσαι τὸν πεπεισμένον καὶ συγκατατεθειμένον ἐπὶ τοὺς λεγομένους ἀδελφοὺς ἄγομεν,

<sup>α</sup> ἐπιφέρεσθαι Ο.

<sup>1</sup> Is. 1, 3.    <sup>2</sup> Matth. 11, 27.    <sup>3</sup> supra c. 32, 14.    <sup>4</sup> Haec consuetudo veterum nusquam alibi commemoratur.    <sup>5</sup> c. 59, 2.

*vit et populus me non intellexit.* 13 Et rursus Iesus, uti ostendimus, apud eos versatus dixit: *Nemo cognovit patrem nisi filius neque filium nisi pater et quibuscumque filius revelavit.* 14 Iudaei igitur patrem universorum semper cum Moyse conlocutum esse existimantes, cum is, qui cum eo conlocutus est, filius dei sit, qui etiam angelus et apostolus nuncupatus est, merito et a prophético spiritu et ab ipso Christo neque patrem neque filium nosse arguuntur. 15 Qui enim filium patrem esse dicunt, nec patrem nosse nec patri universorum filium esse scire arguuntur; qui cum logos et primogenitus dei sit, etiam deus est. 16 Atque antea Moysi et ceteris prophetis per figuram ignis et imaginem incorpoream visus est; nunc autem temporibus imperii vestri per virginem, uti iam diximus, ad voluntatem patris pro salute eorum, qui ipsi credunt, homo factus et contemptum et dolores sustinuit, ut moriendo et resurgendo vinceret mortem. 17 Quod autem e rubo dictum est Moysi: *Ego sum qui sum, deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob et deus patrum tuorum,* significat illos etiam mortuos manere et esse Christi homines: primi enim ex omnibus hominibus illi in scrutando deo perseverantes erant, Abraham pater Isaac et Isaac pater Iacob, uti etiam Moyses scripsit.

**64.** Atque etiam ut statua Proserpinae, quae dicitur, ad fontes aquarum erigeretur, operatione daemonum evenisse, qui eam Iovis filiam esse dixerunt et Moysis dictum imitati sunt, ex iis, quae supra narrata sunt, eruere potestis. 2 Dixit enim Moyses, uti iam scripsimus: *Principio fecit deus caelum et terram.* 3 *Terra autem erat inadspectabilis et incomposita, et spiritus dei ferebatur super aquas.* 4 Ad imitandum ergo spiritum dei, qui super aquam ferri dictus est, Proserpinam filiam Iovis adpellaverunt. 5 Etiam Minervam simili nequitia filiam Iovis dixerunt eamque non ex concubitu, sed cum mundum a deo, postquam deliberavit, per logon factum esse cognovissent, primam velut notionem dixerunt Minervam; quod quidem maxime ridiculum putamus esse, notionis imaginem mulieris formam fingere. 6 Simili modo ceteros qui dicuntur Iovis filios facta redarguunt.

**65.** Nos vero, postquam ita abluimus eum, qui credidit et nobis adiunctus est, ad fratres qui dicuntur ducimus, quo

\* Tert., De orat. c. 14: 'Osculum pacis, quod est signaculum orationis; quando autem magis conferenda cum fratribus pax est, nisi cum oratione commendabilior adscendit . . . ?

ἐνθα συνηγμένοι εἰσί, κοινὰς εὐχὰς ποιησόμενοι ὑπὲρ τε ἑαυτῶν  
καὶ τοῦ φωτισθέντος καὶ ἄλλων πανταχοῦ πάντων εὐτόνως,  
ὅπως καταξιωθῶμεν τὰ ἀληθῆ μαθόντες καὶ δι' ἔργων ἀγαθοῖ  
πολιτευταὶ καὶ φύλακες τῶν ἐντεταλμένων εὐρεθῆναι, ὅπως τὴν  
αἰώνιον σωτηρίαν σωθῶμεν. <sup>2</sup> Ἀλλήλους φιλήματι ἀσπαζόμεθα  
πανσάμενοι τῶν εὐχῶν. <sup>3</sup> Ἐπειτα προσφέρεται τῷ προεσιῶτι  
τῶν ἀδελφῶν ἄρτος καὶ ποτήριον ὕδατος καὶ κρέματος<sup>1</sup>, καὶ  
οὗτος λαβὼν αἶνον καὶ δόξαν τῷ πατρὶ τῶν ὄλων διὰ τοῦ  
ὀνόματος τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἀγίου ἀναπέμπει καὶ  
εὐχαριστίαν<sup>2</sup> ὑπὲρ τοῦ κατηξιῶσθαι τούτων παρ' αὐτοῦ ἐπὶ  
πολὺ ποιεῖται· οὐ συντελέσαντος τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν  
πᾶς ὁ παρὼν λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων· Ἀμήν. <sup>4</sup> Τὸ δὲ ἀμήν  
τῇ ἐβραϊδὶ φωνῇ τὸ γένοιτο σημαίνει. <sup>5</sup> Εὐχαριστήσαντος δὲ  
τοῦ προεσιῶτος καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ οἱ καλού-  
μενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι διδόασιν ἐκάστῳ τῶν παρόντων μετα-  
λαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος καὶ  
τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι.

66. Καὶ ἡ τροφή αὕτη καλεῖται παρ' ἡμῖν εὐχαριστία<sup>3</sup>,  
ἧς οὐδενὶ ἄλλῳ μετασχεῖν ἐξόν ἐστιν ἢ τῷ πιστεύοντι ἀληθῆ  
εἶναι τὰ δεδιδαγμένα ὑφ' ἡμῶν, καὶ λουσαμένῳ τὸ ὑπὲρ ἀφέσεως  
ἀμαρτιῶν καὶ εἰς ἀναγέννησιν λουτρόν, καὶ οὕτως βιοῦντι ὡς ὁ  
Χριστὸς παρέδωκεν<sup>1</sup>. <sup>2</sup> Οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον οἷδὲ κοινὸν  
πόμα ταῦτα λαμβάνομεν· ἀλλ' ὅν τρόπον διὰ λόγου Θεοῦ<sup>5</sup>  
σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν καὶ σάρκα καὶ  
αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν, οὕτως καὶ τὴν δι' εὐχῆς λόγον<sup>6</sup>

<sup>1</sup> i. e. vini, quo sensu κρέμα apud veteres saepius occurrit; cfr. etiam § 5: ἄρτον καὶ οἶνον καὶ ὕδατος; erravit igitur Harnack hunc locum ita explicans (Texte und Untersuchungen VII 2, Lips. 1891), quasi temporibus Iustini in ss. eucharistia celebranda sola aqua sine vino in usu fuisset; quem contra vide Jülicher in: Theologische Abhandlungen Weizsäcker gewidmet, Frib. 1892, 218 ss. Vinum eucharisticum aqua temperatum esse docet etiam s. Cypr. ep. 63, 2. <sup>2</sup> Gratiae age-

bantur in sacrificio missae primum pro cibo potuque naturali, deinde pro incarnatione et passione Iesu Christi (doctr. ap. 10. 3; Iust. apol. I 13 et

congregati sunt, communes preces fusuri et pro nobis ipsis et pro eo qui inluminatus est et pro ceteris qui sunt ubique omnibus, intenti animo, ut digni habeamur, qui veritate cognita et bona operantes et mandatis obtemperantes inveniamur, ut salutem aeternam consequamur. <sup>2</sup> Inter nos osculo salutamus precibus finitis. <sup>3</sup> Deinde antistiti fratrum adfertur panis et poculum aquae vinique, quibus ille acceptis laudem et gloriam patri universorum per nomen filii et spiritus sancti sursum mittit et gratiarum actionem pro eo, quod hisce ab eo dignati sumus, prolixè instituit; quibus precibus gratiarumque actione absolutis omnis qui adest populus adclamat dicens: Amen. <sup>4</sup> Amen autem vox Hebraea lingua 'fiat' sonat. <sup>5</sup> Iam vero postquam antistes gratias egit et omnis populus adclamavit, ii qui apud nos vocantur diaconi unicuique eorum qui adsunt distribuunt gustanda panem et vinum et aquam, de quibus gratiae actae sunt, iisque qui absunt deferunt.

**66.** Atque hic cibus vocatur apud nos eucharistia, cuius nulli alii participi esse licet, nisi qui credat veram esse doctrinam nostram et ablutus fuerit lavaero, quod fit in re-

dial. c. 41. 117). <sup>3</sup> Haec adpellatio cenae sacrae primum legitur in Doctr. ap. c. 9, 1. <sup>4</sup> Cfr. Doctr. apost. c. 9, 5. <sup>5</sup> Iust. incarnationem domini virtute logi, non spiritus sancti factam esse censet; cfr.

supra c. 33, 6 et c. 46, 5: *Δι' ἣν δ' αἰτίαν διὰ δυνάμεως τοῦ λόγου κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς πάντων καὶ δεσπότου θεοῦ βουλὴν διὰ παρθένου ἄνθρωπος ἀπεκινήθη.*

<sup>6</sup> Quaeritur, utrum verba δι' εἰχῆς λόγου vertenda sint: 'per precessionis logum' an 'per precessionem logi' (i. e. per preces mittendi logi, „Gebet um den Logos“). Plurimi priorem sententiam secuntur; at nuper Dölger (Römische Quartalschrift 1909. 73s.) genitivum λόγου a voce εἰχῆς pendere docuit. At ea res dubia est; cfr. Iust. ap. I 13: *λόγῳ εἰχῆς καὶ εἰχαριστίας . . . αἰνοῦντες.* Sed quid significat λόγος εἰχῆς? Passim haec locutio de verbis Christi 'hoc est corpus meum' etc. intellegitur; equidem de verbis, quibus Christus in instituenda eucharistia gratias egit, cogitare malo; cfr. librum meum 'Eucharistie und Bußsakrament', edit. 2 (1910) p. 121.

τοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφήν, ἐξ ἧς αἷμα καὶ σάρκες κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν, ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ καὶ σάρκα καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι<sup>1</sup>. <sup>3</sup> Οἱ γὰρ ἀπόστολοι ἐν τοῖς γενομένοις ὑπ' αὐτῶν ἀπομνημονεύμασιν, ἃ καλεῖται εὐαγγέλια, οὕτως παρέδωκαν ἐντετάλθαι αὐτοῖς, τὸν Ἰησοῦν λαβόντα ἄρτον εὐχαριστήσαντα εἰπεῖν· „Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἀνάμνησίν μου, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου“· καὶ τὸ ποτήριον ὁμοίως λαβόντα καὶ εὐχαριστήσαντα εἰπεῖν· „Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου“· καὶ μόνοις αὐτοῖς μεταδοῦναι. <sup>4</sup> Ὅπερ καὶ ἐν τοῖς τοῦ Μίθρα μυστηρίοις<sup>2</sup> παρέδωκαν γίνεσθαι μιμησάμενοι οἱ πονηροὶ δαίμονες· ὅτι γὰρ ἄρτος καὶ ποτήριον ὕδατος τίθεται ἐν ταῖς τοῦ μνησκόμενου τελεταῖς μετ' ἐπιλόγων τινῶν, ἢ ἐπίστασθε ἢ μαθεῖν δύνασθε.

67. Ἡμεῖς δὲ μετὰ ταῦτα<sup>3</sup> λοιπὸν αἰεὶ τούτων ἀλλήλους ἀναμνησκόμεν· καὶ οἱ ἔχοντες τοῖς λειπομένοις πᾶσιν ἐπικουροῦμεν, καὶ σύνεσμεν ἀλλήλοις αἰεὶ. <sup>2</sup> Ἐπὶ πᾶσὶ τε οἷς προσφερόμεθα εὐλογοῦμεν τὸν ποιητὴν τῶν πάντων διὰ τοῦ νοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ διὰ πνεύματος τοῦ ἁγίου. <sup>3</sup> Καὶ τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένη ἡμέρᾳ<sup>4</sup> πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μερόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται, καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων ἢ τὰ σιγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκειται, μέχρις ἐγχωρεῖ<sup>5</sup>. <sup>4</sup> Εἶτα παυσαμένοι τοῦ ἀναγινώσκοντος ὁ προσετώς διὰ λόγον

<sup>1</sup> Sensus est: Quemadmodum λόγος dei carnem et sanguinem Iesu Christi creavit, ita λόγος preactionis Iesu Christi carnem et sanguinem ex eo cibo creat, qui prorsus in corpora nostra mutatur (Otto). <sup>2</sup> De Mithrae mysteriis cfr. etiam Dial. c. 70 et Tert. de praescr. c. 40. Erat Mithras deus Persarum, qui temporibus imperatorum Romanorum sub nomine solis invicti apud occidentales quoque multo in honore erat et maxime in speluncis colebatur; dies natalis seu festus eius erat 25. mensis Decembris. Quod autem Iustino teste iis, qui Mithrae sacris initiandi

missionem peccatorum et in regenerationem, et ita vivat, ut Christus tradidit. <sup>2</sup> Non enim ut communem panem aut communem potum haec sumimus; sed quemadmodum per legum dei incarnatus Iesus Christus servator noster et carnem et sanguinem pro salute nostra habuit, ita cibum, de quo per preceationis legum ab eo ortum gratiae actae sunt, ex quo sanguis et carnes nostrae per mutationem aluntur, illius incarnati Iesu et carnem et sanguinem esse didicimus. <sup>3</sup> Nam apostoli in commentariis ab ipsis compositis, quae vocantur evangelia, ita sibi mandatum esse tradiderunt. Iesum accepto pane gratisque actis dixisse: *Hoc facite in commemorationem meam, hoc est corpus meum*; et calice similiter accepto actisque gratis dixisse: *Hic est sanguis meus*; et solis ipsis dedisse. <sup>4</sup> Quod quidem etiam in Mithrae mysteriis ut fieret docuerunt imitati pravi daemones; panem enim calicemque aquae, quando quis initiatur sacris, adponi carminibus quibusdam additis vel scitis vel discere potestis.

**67.** Nos vero post haec in futurum semper has res inter nos in memoriam revocamus; et cum habemus, indigentibus omnibus subvenimus et semper sumus una nobiscum. <sup>2</sup> Atque pro omnibus, quibus vescimur, laudamus fabricatorem omnium per filium eius Iesum Christum et per spiritum sanctum. <sup>3</sup> Et die qui dicitur solis omnium, qui in urbibus vel in agris habitant, in unum fit conventus et commentarii apostolorum vel scripta prophetarum leguntur, quoad tempus fert. <sup>4</sup> Deinde, ubi lector desiit, antistes oratione admonet et erant, panis et aqua adponebantur, id significasse videtur, sectatoribus dei nihil nisi rebus maxime necessariis opus esse. <sup>5</sup> i. e. post baptismum et primam eucharistiam sumptam. Exponitur autem hoc capite 67. cum quomodo Christiani, postquam baptismo deo consecrati sunt, vitam instituant, tum quae die solis in unum congregati sacra peragant. <sup>4</sup> Hanc adpellationem, alias inter Christianos insuetam, propter gentiles retinuit, ad quos apologiam misit. <sup>5</sup> Lectio igitur erat continua neque fiebat per pericopas.

τὴν τουφεσίαν καὶ πρόκλησιν τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται. <sup>5</sup> Ἐπειτα ἀνισιάμεθα κοινῇ πάντες καὶ εὐχὰς πέμπομεν· καὶ, ὡς προσέφημεν<sup>1</sup>, πανσαμένων ἡμῶν τῆς εὐχῆς ἄρτος προσφέρεται καὶ οἶνος καὶ ὕδωρ, καὶ ὁ προεσιῶς εὐχὰς ὁμοίως καὶ εὐχαριστίας, ὅση δύναμις αὐτῷ, ἀναπέμπει, καὶ ὁ λαὸς ἐπενφημεῖ λέγων τὸ Ἀμήν, καὶ ἡ διάδοσις καὶ ἡ μετάληψις ἀπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων ἐκάστῳ γίνεται, καὶ τοῖς οὐ παροῦσι διὰ τῶν διακόνων πέμπεται. <sup>6</sup> Οἱ εὐποροῦντες δὲ καὶ βουλόμενοι κατὰ προαίρεσιν ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ ὁ βούλεται δίδωσι<sup>2</sup>, καὶ τὸ συλλεγόμενον παρὰ τῷ προεσιῶτι ἀποτίθεται, καὶ αὐτὸς ἐπικουρεῖ ὄργανοῖς τε καὶ χήραις, καὶ τοῖς διὰ νόσον ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν λειπομένοις, καὶ τοῖς ἐν δεσμοῖς οὔσι, καὶ τοῖς παρεπιδήμοις οὔσι ξένοις, καὶ ἀπλῶς πᾶσι τοῖς ἐν χρεῖα οὔσι κηδεμῶν γίνεται. <sup>7</sup> Τὴν δὲ τοῦ ἡλίου ἡμέραν κοινῇ πάντες τὴν συνέλευσιν ποιοῦμεθα, ἐπειδὴ πρώτη ἐστὶν ἡμέρα, ἐν ἣ ὁ Θεὸς τὸ σκότος καὶ τὴν ἕλην τρέψας κόσμον ἐποίησε, καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἡμέτερος σωτὴρ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐκ νεκρῶν ἀνέστη· τῇ γὰρ πρὸ τῆς χρονικῆς ἐσταύρωσαν αὐτόν, καὶ τῇ μετὰ τὴν χρονικὴν, ἣτις ἐστὶν ἡλίου ἡμέρα, φανεῖς τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ μαθηταῖς ἐδίδαξε ταῦτα, ἅπερ εἰς ἐπίσκεψιν καὶ ὑμῖν ἀνεδώκαμεν.

68. Καὶ εἰ μὲν δοκεῖ ὑμῖν λόγου καὶ ἀληθείας ἔχουσιν, τιμήσατε αὐτά· εἰ δὲ λῆρος ὑμῖν δοκεῖ, ὡς ληρωδῶν πραγμάτων καταφρονήσατε, καὶ μὴ ὡς κατ' ἐχθρῶν κατὰ τῶν μηδὲν ἀδικούντων θάνατον ὀρίζετε. <sup>2</sup> Προλέγομεν γὰρ ὑμῖν, ὅτι οὐκ ἐκφρεύξεσθε τὴν ἐσομένην τοῦ Θεοῦ κρίσιν, ἐὰν ἐπιμένητε τῇ ἀδικίᾳ· καὶ ἡμεῖς<sup>3</sup> ἐπιβοήσομεν· Ὁ φίλον τῷ Θεῷ, τοῦτο γενέσθω!<sup>4</sup>

<sup>3</sup> Καὶ ἐξ ἐπιστολῆς δὲ τοῦ μεγίστου καὶ ἐπιφανεστάτου Καίσαρος Ἀδριανοῦ, τοῦ πατρὸς ὑμῶν, ἔχοντες ἀπαιτεῖν ὑμᾶς καθὰ ἠξιώσαμεν κελεῦσαι τὰς κρίσεις γενέσθαι, οὐκ ἐκ τοῦ κεκῶσθαι τοῦτο ὑπὸ Ἀδριανοῦ μᾶλλον ἠξιώσαμεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ

<sup>1</sup> c. 65, 3.      <sup>2</sup> Tert. apol. c. 39: Modicam unusquisque stipem menstrua die, vel cum velit et si modo possit, adponit. . . . egenis alendis humanisque et pueris ac puellis re ac parentibus destitutis ss.      <sup>3</sup> Hoc

incitat ad haec praeclara imitanda. <sup>5</sup> Postea consurgimus simul omnes precesque fundimus; atque, ut supra diximus, ubi precari desiimus, panis adfertur et vinum et aqua, et antistes preces una cum gratiarum actionibus pro viribus sursum mittit, et populus adclamat dicendo Amen eaque, de quibus gratiae actae sunt, cum unoquoque communicantur et iis, qui absunt, per diaconos mittuntur. <sup>6</sup> Divites autem, quibus placet, pro suo quisque arbitrio quod visum est largiuntur, et quod conligitur apud antistitem deponitur, et ipse subvenit et pupillis et viduis iisque, qui ob morbum aliamve ob causam inopia premuntur, et qui in vinculis sunt adventantibusque peregre hospitibus, denique omnium, qui in egestate sunt, cûrator existit. <sup>7</sup> Solis autem die una omnes convenimus, quia primus dies est, quo deus tenebras materiemque inmutando mundum creavit, et Iesus Christus servator noster e mortuis resurrexit; pridie enim Saturni diei cruci adfixerunt eum et postridie Saturni, qui est solis dies, visus apostolis suis discipulisque haec tradidit, quae quidem reputanda et vobis proposuimus.

68. Quodsi haec vobis rationi veritatique consentanea esse videantur, observate ea; sin vero nugae vobis videantur, ut nugas contemnite neve tamen ut hostes eos, qui nihil delinquant, capitis damnate. <sup>2</sup> Praedicimus enim vobis, non effugituros vos esse futurum dei iudicium, si permanseritis in iniquitate: et nos adclamabimus: Quod placuerit deo, hoc fiat!

<sup>3</sup> Et quamquam ex epistula maximi et inlustrissimi Caesaris Hadriani, patris vestri, postulare potuimus, ut iudicia quemadmodum rogavimus fieri iuberetis, tamen non magis hoc rogavimus eo, quod decretum est ab Hadriano, sed, quod

dictum non pendet a praecedente *ὅτι*, ut voluit Veil (Justinus p. 113), sed absolute cum emphasi additum est. <sup>4</sup> Plato, Crit. 43<sup>d</sup>: *Εἰ ταύτη*

*τοῖς θεοῖς φίλον, ταύτη ἔστω.*

ἐπίστασθαι δίκαια<sup>a</sup> ἀξιοῦν τὴν προσφώνησιν καὶ ἐξίγησιν πεποιήμεθα. <sup>4</sup> Ὑπετάξαμεν δὲ καὶ τῆς ἐπιστολῆς Ἀδριανοῦ τὸ ἀντίγραφον, ἵνα καὶ κατὰ<sup>b</sup> τοῦτο ἀληθεύειν ἡμᾶς γνωρίζητε. <sup>5</sup> Καὶ ἔστι τὸ ἀντίγραφον τοῦτο<sup>1</sup>.

Μινουκίῳ Φουνδανῶ.

<sup>6</sup> Ἐπιστολὴν ἐδεξάμην γραφεῖσάν μοι ἀπὸ Σεργίου<sup>c</sup> Γραμιανοῦ<sup>2</sup>, λαμπροτάτου ἀνδρός, ὄντινα σὺ διεδέξω. <sup>7</sup> Οὐ δοκεῖ οὖν μοι<sup>d</sup> τὸ πρᾶγμα ἀζήτητον καταλιπεῖν<sup>3</sup>, ἵνα μήτε οἱ ἀνθρώποι<sup>e</sup> ταράττωνται καὶ τοῖς σινοφάνταις χορηγία κακουργίας παρασχεθῆ. <sup>8</sup> Ἄν οὖν σαφῶς εἰς ταύτην τὴν ἀξίωσιν οἱ ἐπαρχιώται δίνωνται<sup>f</sup> διῶχουρίζεσθαι κατὰ τῶν Χριστιανῶν<sup>4</sup>, ὡς καὶ πρὸ βήματος ἀποκρίνεσθαι<sup>g</sup>, ἐπὶ τοῦτο μόνον τραπῶσιν, ἀλλ' οὐκ ἀξιώσεσιν οὐδὲ μόναις βοαῖς. <sup>9</sup> Πολλῶ γὰρ μᾶλλον προσῆκεν, εἴ τις

<sup>a</sup> δικαίαν *Eus.* (h. e. IV 8, 7), qui omittit καὶ ἐξίγησιν πεποιήμεθα. <sup>b</sup> om. *Eus.* l. l. <sup>c</sup> Σερενίου *Eus.* h. e. IV 9, 1.

<sup>d</sup> μοι οὖν *Eus.* <sup>e</sup> Ita codd. Iustini et Eusebii et editiones omnes; ἀθῶοι Grundl (*Theol. Quartalschrift, Tubingae 1904, 315*) cum versione latina Rufini, quae habet 'innocii'. <sup>f</sup> εἰ . . .

δύνανται *Eus.* l. l. 2. <sup>g</sup> ἀποκρίνασθαι *Eus.*

<sup>1</sup> Idem Hadriani edictum legitur apud Eusebium (h. e. IV 9), qui (l. l. IV 8, 6) id a s. Iustino latina lingua scriptum (i. e. authenticum) et apologiae adiunctum a se graeco redditum esse narrat; postea vero haec versio graeca Eusebii in exemplaribus apologiae pro textu latino substituta est. Rufinus quidem textum latinum tradidit (h. e. IV 9), qui tamen non authenticus sed e versione graeca translatus est (vide Funk, Kirchengesch. Abhandl. I 332 s.). De hoc edicto fusius egerunt: Harnack (*Texte und Untersuchungen XIII 4, 1895, 44 ss.*), Funk (*Kirchengeschichtliche Abhandlungen I, 1897, 330—345*), et optime Callewaert in: *Revue d'histoire et de litt. religieuses 1903, 152—189*. Keim (*Theol. Jahrb. 1856, 387 ss.*) edictum genuinum esse negavit eique assenserunt Aubé (*Hist. des persécutions jusqu'à la fin des Antonins, 1875, 273*) et Veil (*Iustinus 137 ss.*); at Harnack Funk Callewaert Hadriani esse edictum defenderunt, et haec eadem fuit sententia Mommseni (*Hist. Zeitschrift 1890, 420*). Revera de origine Hadriana dubitandi nulla est causa, dummodo sensus edicti recte percipiatur. <sup>2</sup> Serenius (seu Seronus, ita Hieron.) Granianus ille Licinius Granianus fuisse videtur, qui anno 123 vel 124 fuit proconsul

iusta nos petere intellegimus, orationem et expositionem fecimus. <sup>4</sup> Subiecimus vero etiam epistulae Hadriani exemplum, ut et ex eo vera nos dicere cognoscatis. <sup>5</sup> Et est exemplum hoc:

*Minucio Fundano.*

Litteras accepi scriptas ad me a Serenio Graniano, clarissimo viro, decessore tuo. <sup>7</sup> Non igitur mihi placet rem incognitam relinquere, ne innoxii perturbentur neve calumniatoribus facultas fallaciae tribuatur. <sup>8</sup> Igitur si evidenter huic petitioni suae provinciales adesse valeant adversus Christianos, ut etiam pro tribunali rationem reddant, in id solum intendant,

Asiae et anno 106 consul (Waddington, *Fastes de provinces asiatiques*, Paris. 1872, 197 s.); ei successit in proconsulatu Asiae Minucius (sen Minicius) Fundanus, qui fuerat consul a. 107. <sup>2</sup> Rufinus vertit: relationem silentio praeterire.

<sup>4</sup> Ut Iustinus ita ex recentioribus auctoribus Keim (l. l.) hoc edictum ita intellexit, ut ab imperatore Hadriano omnia pro Christianis concessa essent, quae Iustinus in apologia postulavit; eodem spectat interpretatio Mommseni (l. l.): 'Ausgesprochen hat die Rechtsgleichheit der Christen einzig . . . der Kaiser Hadrianus; indem er in seinem berühmten Erlasse an den Statthalter von Asien anordnete, dass der Christ nur wegen des ihm zur Last gelegten nicht religiösen Verbrechens zur Rechenschaft gezogen werden dürfe und den falschen Ankläger auch in diesem Falle unnachsichtig die gesetzliche Strafe treffe, gab er den Christenglauben geradezu frei'. Huic autem interpretationi repugnat, quod imperatores, qui Hadriano successerunt, eodem omnino modo in Christianos animadverterunt quo Traianus, cum ipsum nomen Christianum iis crimini darent; cfr. Tertullianum (Apol. c. 1): 'Illud solum exspectatur . . . confessio nominis, non examinatio criminis'. Itaque Funk Harnack Callewaert cum Eusebio (h. e. IV 8, 4) de sententia edicti merito ita fore statuerunt: In theatris populus saepe clamavit: *Christianos ad leonem* et alia eiusmodi; hisce adclamationibus interdum praesides provinciarum, licet inviti, cesserunt; quare monet imperator Fundanum proconsulem, ne talibus vocibus se ad castigationem Christianorum adduci pateretur, sed ut is, qui Christianos puniri postulet, apud iudicem eos contra leges agere probet. Cum autem etiam ex sententia huius imperatoris Christianum esse idem esset ac contra leges agere, solum nomen Christianum ad supplicium sumendum sufficebat.

κατηγορεῖν βούλοιο, τοῦτό σε διαγινώσκειν. <sup>10</sup> Εἴ τις οὖν κατηγορεῖ καὶ δείκνυσί τι παρὰ τοῖς νόμοις πράττοντας, οὕτως διόριζε<sup>a</sup> κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ ἀμαρτήματος· ὡς μὰ τὸν Ἡρακλέα, εἴ τις συκοφαντίας χάριν τοῦτο προτεῖνοι, διαλάμβανε ὑπὲρ τῆς δεινότητος καὶ φρόντιζε ὅπως ἂν ἐκδικήσῃσας.

## ΑΠΟΛΟΓΙΑ II<sup>1</sup>.

1. Καὶ τὰ χθές δέ<sup>2</sup> καὶ πρώην<sup>3</sup> ἐν τῇ πόλει ὑμῶν γενόμενα ἐπὶ Οὐρβίκου<sup>4</sup>, ὧ Ῥωμαῖοι<sup>5</sup>, καὶ τὰ πανταχοῦ ὁμοίως ὑπὸ τῶν ἡγουμένων ἀλόγως πραττόμενα ἐξηνάγκασέ με ὑπὲρ ὑμῶν<sup>b 6</sup>, ὁμοιοπαθῶν ὄντων καὶ ἀδελφῶν, κἂν ἀγνοῆτε καὶ μὴ θέλητε διὰ τὴν δόξαν τῶν νομιζομένων ἀξιωματῶν, τὴν τῶνδε τῶν λόγων σύνταξιν ποιήσασθαι. <sup>2</sup> Πανταχοῦ γάρ, ὅς ἂν σωφρονίζηται ὑπὸ πατρὸς ἢ γείτονος ἢ τέκνου ἢ φίλου ἢ ἀδελφοῦ ἢ ἀνδρὸς ἢ γυναικὸς κατ' ἔλλειψιν, (χωρὶς τῶν πεισθέντων τοὺς ἀδίκους καὶ ἀκολάστους ἐν αἰωνίῳ πυρὶ κολασθῆσθαι, τοὺς δ' ἐναρέτους καὶ ὁμοίως Χριστῶ βιώσαντας ἐν ἀπαθείᾳ συγγενήσθαι τῷ Θεῷ, λέγομεν δὲ τῶν γενομένων Χριστιανῶν), διὰ τὸ δυσμετάθετον καὶ φιλήδονον καὶ δυσκίνητον πρὸς τὸ καλὸν ὀρμῆσαι, καὶ οἱ φαῦλοι δαίμονες, ἐχθραίνοντες ἡμῖν καὶ τοὺς τοιούτους διασπᾶστας ἔχοντες ὑποχειρίους καὶ λατρεύοντας, ὡς οὖν ἄρχοντας δαιμονιῶντας, φονεύειν ἡμᾶς παρασκευάζουσιν<sup>7</sup>. <sup>3</sup> Ὅπως δὲ καὶ ἡ αἰτία τοῦ παντὸς γενομένου ἐπὶ Οὐρβίκου φανερὸ ὑμῖν γένηται, τὰ πεπραγμένα ἀπαγγελῶ<sup>8</sup>.

<sup>a</sup> ὕριζε *Eus.*

<sup>b</sup> ἡμῶν *O.*

<sup>1</sup> In codice Parisino haec apologia minor praecedens maiorem hunc habet titulum: Πρὸς τὴν Ῥωμαίων σύγκλητον, qui sine dubio ex compellatione ὧ Ῥωμαῖοι, quae initio huius apologiae legitur, a librario aliquo effectus est.

<sup>2</sup> Iam ex hoc exordio conligere licet hanc apologiam esse partem seu adpendicem prioris.

<sup>3</sup> Haec locutio χθές καὶ πρώην apud scriptores graecos trita significat: non ita pridem; cfr. Herod. II 53; Plat. Gorg. p. 470; Demosth. de cor. p. 197.

<sup>4</sup> Qu. Lollius Urbicus fuit praefectus urbi inter annos 144 et 160 (Zahn, Forschungen zur

neque vero precibus aut solis clamoribus. <sup>9</sup> Multo enim aequius est, si quis volet accusare, in id te inquirere. <sup>10</sup> Si quis igitur accusaverit et adversum leges quidquam eos agere probaverit, ita statue pro merito delicti; sin vero mehercule quis calumniae gratia id iactaverit, indica de audacia et cura ut vindices.

## APOLOGIA II.

1. Quae vero heri et nudius tertius in urbe vestra facta sunt sub Urbico, o Romani, et quae ubique similiter a praesidibus praeter rationem aguntur, coegerunt me pro vobis, qui eiusdem naturae atque etiam fratres estis, etiamsi ignoretis et nolitis ob gloriam dignitatum, quae dicuntur, harum orationum conlationem facere. <sup>2</sup> Ubique enim, si quis a patre vel vicino vel filio vel amico vel fratre vel viro vel uxore ob delictum castigatur — exceptis iis, qui persuasum habent iniustos incontinentesque aeterno igne punitum iri, verum eos, qui virtute praediti fuerunt et similiter ac Christus vixerunt, nihil dolentes futuros esse cum Christo, agimus autem de iis, qui facti sunt Christiani — propter animum obstinatum vel voluptatibus deditum vel inflexibilem ad virtutem, insuper pravi daemones, qui oderunt nos talesque iudices imperio suo obnoxios famulantesque habent, quasi ipsi magistratus a daemoniis correpti sint, necem nobis parant. <sup>3</sup> Ut autem causa totius rei sub Urbico gestae aperta vobis fiat, quae acta sint, exponam.

Gesch. d. neutest. Kanons VI, 1900, 11 ss.).

<sup>5</sup> Etiam prior apologia *ἱερᾷ τε συγκλήτῳ καὶ δήμῳ παντὶ Ῥωμαίων* dicata est (supra I 1); ergo iniuria Veil compellationem *ὧ Ῥωμαῖοι* ut subpositiciam eiecit. <sup>6</sup> Tert. ad Scap. c. 1: Itaque hunc libellum non nobis timentes misimus, sed vobis et omnibus inimicis nostris. <sup>7</sup> Subiectum quod dicitur huius verbi et *ὁς ἄν* ineunte § 2 et *οἱ φαῖλοι δαίμονες* sunt. <sup>8</sup> Haec res sub Urbico acta Iustino huius alterius apologiae conscribendae ansam dedit, quippe qua optime inlustraretur, quam perversa et iniusta actio gentilium in Christianos esset.

2. Γυνή τις συνεβίον ἀνδρὶ ἀκολασταίνοντι, ἀκολασταίνουσα καὶ αὐτὴ πρότερον. <sup>2</sup> Ἐπεὶ δὲ τὰ τοῦ Χριστοῦ διδάγματα ἔγνω, αὐτὴ<sup>a</sup> ἐσωφρονίσθη καὶ τὸν ἄνδρα ὁμοίως σωφρονεῖν πείθειν ἐπειράτο, τὰ διδάγματα ἀναφέρουσα, τὴν τε μέλλουσαν τοῖς οὐ σωφρόνως καὶ μετὰ λόγον ὄρθοῦ<sup>1</sup> βιοῦσιν ἔσσεσθαι ἐν αἰωνίῳ πυρὶ κόλασιν ἀπαγγέλλουσα. <sup>3</sup> Ὁ δὲ ταῖς αὐταῖς ἀσελγείαις ἐπιμένων ἀλλοτριᾶν διὰ τῶν πράξεων ἐποιεῖτο τὴν γαμετήν. <sup>4</sup> Ἀσεβὲς γὰρ ἠγοιμένη τὸ λοιπὸν ἢ γυνὴ συγκατακλίνεσθαι ἀνδρὶ, παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον καὶ παρὰ τὸ δίκαιον πόρους ἡδονῆς ἐκ παντὸς πειρωμένη ποιεῖσθαι, τῆς συζυγίας χωρισθῆναι ἐβουλήθη. <sup>5</sup> Καὶ ἐπεὶ<sup>b</sup> ἐξεδυσωπεῖτο ὑπο τῶν αὐτῆς, ἔτι προσμένειν συμβουλευόντων, ὡς εἰς ἐλπίδα μεταβολῆς ἤξοντός ποτε τοῦ ἀνδρός, βιαζομένη ἑαυτὴν ἐπέμενε. <sup>6</sup> Ἐπειδὴ δὲ ὁ ταύτης ἀνὴρ εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν πορευθεὶς χαλεπώτερα πράττειν ἀπηγγέλθη, ὅπως μὴ κοινωνὸς τῶν ἀδικημάτων καὶ ἀσεβημάτων γένηται μένουσα ἐν τῇ συζυγίᾳ καὶ ὁμοδίαιτος καὶ ὁμόκοιτος γινομένη, τὸ λεγόμενον παρ' ἡμῶν ῥεπούδιον δοῦσα<sup>2</sup> ἐχωρίσθη. <sup>7</sup> Ὁ δὲ καλὸς κάγαθός ταύτης ἀνὴρ, θέον αὐτὸν χαίρειν, ὅτι, ἂ πάλαι μετὰ τῶν ὑπηρετῶν καὶ τῶν μισθοφόρων εὐχερῶς ἐπραττε, μέθαις χαίρουσα καὶ κακία πάσῃ, τούτων μὲν τῶν πράξεων πέπαντο καὶ αὐτὸν τὰ αὐτὰ παύσασθαι πράττοντα ἐβούλετο, μὴ βουλομένου ἀπαλλαγείσης κατηγορίαν πεποίηται, λέγων αὐτὴν Χριστιανὴν εἶναι. <sup>8</sup> Καὶ ἡ μὲν βιβλίδιον σοι τῷ αὐτοκράτορι ἀναδέδωκε, πρότερον συγχωρηθῆναι αὐτῇ διοικήσασθαι τὰ ἑαυτῆς ἀξιοῦσα, ἔπειτα ἀπολογήσασθαι περὶ τοῦ κατηγορήματος μετὰ τὴν τῶν πραγμάτων αὐτῆς διοίκησιν, καὶ συνεχώρησας τοῦτο. <sup>9</sup> Ὁ δὲ ταύτης ποτε ἀνὴρ, πρὸς ἐκείνην μὲν μὴ δυνάμενος ταυτὴν ἔτι λέγειν, πρὸς Πτολεμαῖόν τινα, ὃν Οὐρβικὸς ἐκαλέσατο<sup>c</sup>, διδάσκαλον ἐκείνης τῶν Χριστιανῶν μαθημάτων γινόμενον ἐτράπετο διὰ τοῦδε τοῦ

<sup>a</sup> *deest apud Eus. h. e. IV 17, 2.*

<sup>b</sup> *ἐπειδὴ Eus. l. l. 4.*

<sup>c</sup> *Ita Klette (Der Prozeß und die Acta s. Apollonii, Lips. 1897, 101); ἐκολάσατο P, Eus. h. e. IV 17, 8 et edit. omnes.*

2. Mulier quaedam vivebat cum viro incontinenti, incontinens et ipsa prius. <sup>2</sup> Postquam autem Christi praecepta cognovit, ipsa ad bonam frugem se recepit et viro, ut similiter saperet, persuadere conata est, praecepta illa proponendo ut futurum iis, qui non considerate et cum ratione recta vixerint, in aeterno igne supplicium denuntiando. <sup>3</sup> Verum ille in iisdem flagitiis perstans facinoribus animum uxoris a se alienavit. <sup>4</sup> Impium enim esse rata mulier ultra concumbere cum viro contra naturae legem et contra fas omni modo libidines explere studente, ab eo discedere cogitabat. <sup>5</sup> Sed implorata a suis, ut amplius maneret, suadentibus, cum aliquando mores mutaturum esse virum sperari posset, vim sibi inferens permanebat. <sup>6</sup> Cuius maritum postquam Alexandriam profectum peiora facere nuntiatum est, ne particeps iniuriarum et impietatum fieret, si in coniugio manens victus torique cum eo consors esset, misso quod dicitis repudio discessit. <sup>7</sup> Praeclarus autem bonusque eius vir ut gauderet, quod, quae quondam cum ministris mercenariisque dissolute agebat ebrietatibus omnique iniquitate gavisa, haec omisit cumque eadem agentem avertere volebat, tantum aberat, ut postquam eo invito divortium fecit, eam accusaret dicendo eam esse Christianam. <sup>8</sup> Et haec quidem libellum tibi imperatori tradidit, primum ut sibi liceret domui suae prospicere petens, deinde rebus suis compositis criminis causam diceret, et id concessisti. <sup>9</sup> At is, qui huius quondam maritus fuerat, cum adversus eam nihil iam ad tempus dicere posset, contra Ptolemaeum quendam, in quem Urbicus animadvertit, magistrum illius doctrinarum Christianarum factum se convertit hoc modo. <sup>10</sup> Centurioni, qui in vincula coniecit Ptolemaeum, velut amico suo persuasit, ut accerseret Ptolemaeum et id ipsum solum ex eo quaereret, num Christianus esset. <sup>11</sup> Et Ptole-

<sup>1</sup> Apol. II 9, 4 Christus ὁρθὸς λόγος vocatur.

<sup>2</sup> Id uxoribus concessum erat legibus Romanis, quod maritis tantum permisit lex Moisaica (Deut. 24, 1); cfr. etiam 1 Cor. 7, 12-15.

τρόπου. <sup>10</sup> Ἐκατόνταρχον εἰς δεσμὰ ἐμβαλόντα τὸν Πτολεμαῖον, φίλον αὐτῷ ὑπάρχοντα, ἔπεισε λαβέσθαι τοῦ Πτολεμαίου καὶ ἀνερωτῆσαι, εἰ, αὐτὸ τοῦτο μόνον<sup>a</sup>, Χριστιανός ἐστι. <sup>11</sup> Καὶ τὸν Πτολεμαῖον, φιλαλήθη ἄλλ' οὐκ ἀπατηλὸν οὐδὲ ψευδολόγον τὴν γνώμην ὄντα, ὁμολογήσαντα ἑαυτὸν εἶναι Χριστιανόν, ἐν δεσμοῖς γενέσθαι ὁ ἐκατόνταρχος πεποίηκε, καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ ἐκολάσατο. <sup>12</sup> Τελευταῖον δέ, ὅτε ἐπὶ Οὐρβικὸν ἦχθη ὁ ἄνθρωπος, ὁμοίως αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐξητάσθη, εἰ εἶη Χριστιανός. <sup>13</sup> Καὶ πάλιν, τὰ καλὰ ἑαυτῷ συνεπιστάμενος διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ διδαχὴν, τὸ διδασκάλιον<sup>b</sup> τῆς θείας ἀρετῆς ὡμολόγησεν. <sup>14</sup> Ὁ γὰρ ἀρνούμενος ὅτι οὐκ ἦ κατεγνωνκώς τοῦ πράγματος ἕξαρνος γίνεται, ἢ ἑαυτὸν ἀνάξιον ἐπιστάμενος καὶ ἀλλότριον τοῦ πράγματος τὴν ὁμολογίαν φεύγει· ὧν οὐδὲν πρόσεστι τῷ ἀληθινῷ Χριστιανῷ. <sup>15</sup> Καὶ τοῦ Οὐρβικὸν κελεύσαντος αὐτὸν ἀπαχθῆναι<sup>1</sup>, Λούκιός τις, καὶ αὐτὸς ὢν Χριστιανός, ὄρων τὴν ἀλόγως οὕτω γενομένην κρίσιν, πρὸς τὸν Οὐρβικὸν ἔφη· <sup>16</sup> Τίς ἢ αἰτία, τοῦ<sup>2</sup> μήτε μοιχὸν μήτε πόρνον μήτε ἀνδροφόνον μήτε λωποδύτην μήτε ἄρπαγα μήτε ἀπλῶς ἀδίκημά τι πράξαντα ἐλεγχόμενον, ὀνόματος δὲ Χριστιανοῦ προσωνυμίαν ὁμολογοῦντα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ἐκολάσω; Οὐ πρόποντα Εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι οὐδὲ φιλοσόφῳ<sup>c</sup> Καίσαρος παιδί<sup>3</sup> οὐδὲ τῆ<sup>d</sup> ἱερᾶ συγκλήτῳ κρίνεις, ὦ Οὐρβικε. <sup>17</sup> Καὶ ὅς οὐδὲν ἄλλο ἀποκρινάμενος καὶ πρὸς τὸν Λούκιον ἔφη· Δοκεῖς μοι καὶ σὺ εἶναι τοιοῦτος. <sup>18</sup> Καὶ τοῦ Λουκίου φήσαντος· Μάλιστα, πάλιν καὶ αὐτὸν ἀπαχθῆναι ἐκέλευσεν. <sup>19</sup> Ὁ δὲ καὶ<sup>e</sup> χάριν εἰδέναι ὡμολόγει, πονηρῶν δεσποτῶν τῶν τοιούτων ἀπηλλάχθαι γινώσκων καὶ πρὸς τὸν πατέρα καὶ βασιλέα τῶν οὐρανῶν πορεύεσθαι. <sup>20</sup> Καὶ ἄλλος δὲ τρίτος ἐπελθὼν κολασθῆναι προσετιμῆθη.

<sup>a</sup> Ita P et Eus. l. l. 9; αὐτὸ τοῦτο μόνον εἰ POKr.

σκαλεῖον Eus. l. l.

Eus. l. l. 12.

<sup>c</sup> φιλοσόφου P et Pautigny.

<sup>e</sup> om. Eus. l. l. 13.

<sup>b</sup> διδα-

<sup>d</sup> om.

<sup>1</sup> Satis mirum est, quod iudex hunc et duos alios, qui eum secuti

maeum, quippe qui veritatis amans et cuius mens a fraude mendacioque aliena esset, professum se esse Christianum, in vincula centurio coniecit multumque temporis in carcere cruciavit. <sup>12</sup> Postremo cum ad Urbicum adductus esset homo, similiter hoc ipsum solum interrogatus est, num esset Christianus. <sup>13</sup> Et rursus bonorum sibi conscius, quae debebat doctrinae Christi, scientiam divinae virtutis professus est. <sup>14</sup> Qui enim infitiatur quidvis, vel eo negat, quod rem condemnavit, vel se ipse indignum alienumque ea re iudicans testimonium fugit; quorum neutrum inest in vero Christiano. <sup>15</sup> Cum vero Urbicus eum ad supplicium abduci iussisset, Lucius quidam, qui et ipse Christianus erat, videns ita nulla ratione iudicium fieri, ad Urbicum dixit: <sup>16</sup> Quid causae est, cur in hunc hominem, qui neque adulterii neque stupri neque homicidii neque furti neque rapinae neque ullius omnino maleficii convictus est, sed nominis tantum Christiani adpellationem agnovit, vindicaveris? Non quae decent Pium imperatorem neque philosophum Caesaris filium neque sanctum senatum decernis, Urbice. <sup>17</sup> Tum is nihil aliud respondens etiam ad Lucium: Videris mihi, inquit, et tu esse talis. <sup>18</sup> Atque cum Lucius respondisset: Sane, item et eum abduci iussit. <sup>19</sup> Qui se vel gratiam habere ait, ab hisce malis dominis se liberari intellegens et ad patrem regemque caelorum abire. <sup>20</sup> Et alius tertius superveniens eiusdem poenae condemnatus est.

sunt, id solum rogavit, num Christiani essent, neque vero poposcit, ut simulacris immolarent vel per genium imperatoris iurarent, quod ex. gr. Iunius Rusticus praef. urbi poposcit martyrem ipsum Iustinum (Martyrium s. Iust. c. 5). <sup>2</sup> i. e. *διὰ τῆ* (ut Dial. c. 20). <sup>3</sup> His verbis designat scriptor Antoninum Pium et Marcum Aurelium.

3 (4)<sup>1</sup>. Ὅπως δὲ μή τις εἴπη· Πάντες οὖν ἑαυτοὺς φονεύσαντες πορεύεσθε ἴδῃ παρὰ τὸν θεὸν καὶ ἡμῖν πράγματα μὴ παρέχετε, ἐρᾷ δὲ ἦν αἰτίαν τοῦτο οὐ πράττομεν καὶ δι' ἣν ἐξεταζόμενοι ἀφόβως ὁμολογοῦμεν. 2 Οἷκ εἰπὴ τὸν κόσμον πεποιημέναι τὸν θεὸν δεδιδάγμεθα. ἀλλ' ἔτι διὰ τὸ ἀνθρώπειον γένος· χαίρειν τε τοῖς τὰ προσόντα αὐτῷ μιμουμένοις φροέφημεν<sup>a</sup> ἀπαρέσεσθαι δὲ τοῖς τὰ φαῦλα ἀσπαζομένοις ἢ λόγῳ ἢ ἔργῳ. 3 Εἰ οὖν πάντες ἑαυτοὺς φονεύσομεν, τοῦ μὴ γεννηθῆναι τινα καὶ μαθητευθῆναι εἰς τὰ θεῖα διδάγματα ἔτι καὶ μὴ εἶναι τὸ ἀνθρώπειον γένος, ὅσον ἐφ' ἡμῶν, αἰτιοὶ ἐσόμεθα, ἐναντίον τῆ τοῦ θεοῦ βουλῆ καὶ αὐτοὶ ποιοῦντες, ἐὰν τοῦτο πράξωμεν. 4 Ἐξεταζόμενοι δὲ οὐκ ἀρνοίμεθα διὰ τὸ συνεπίστασθαι ἑαυτοῖς μηδὲν φαῖλον, ἀσεβὲς δὲ ἡγοῦμενοι μὴ κατὰ πάντα ἀληθεύειν, ὃ καὶ φίλον τῷ θεῷ γινώσκομεν, ἑμᾶς δὲ καὶ τῆς ἀδίκου προλήψεως ἀπαλλάξαι εἴν σπεύδοντες.

4 (5). Εἰ δὲ τινα ὑπέλθοι καὶ ἡ ἔννοια αἴτη ὅτι, εἰ θεὸν ὁμολογοῦμεν βοηθῆναι, οὐκ ἔν, ὡς λέγομεν, ὑπὸ ἀδίκων ἐκρατοῦμεθα καὶ ἐτιμωροῦμεθα, καὶ τοῦτο διαλύσω. 2 Ὁ θεὸς τὸν πάντα κόσμον ποιήσας καὶ τὰ ἐπίγεια ἀνθρώποις ἱποτάξας καὶ τὰ οὐράνια στοιχεῖα εἰς ἀΐξῃσιν καρπῶν καὶ ὥρῶν μεταβολὰς κοσμήσας καὶ θεῖον τούτοις νόμον τάξας, ἃ καὶ αὐτὰ δι' ἀνθρώπους φαίνεται πεποιημᾶς, τὴν μὲν τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν πρόνοιαν ἀγγέλοις, οὓς ἐπὶ τούτοις ἔταξε, παρέδωκεν. 3 Οἱ δ' ἄγγελοι, παραβάντες τῆνδε τὴν τάξιν, γυναικῶν μίξεσιν ἠτήθησαν καὶ παῖδας ἐτέκνωσαν, οἳ εἰσιν οἱ λεγόμενοι δαίμονες<sup>2</sup>. 4 Καὶ προσέτι λοιπὸν τὸ ἀνθρώπειον γένος ἑαυτοῖς ἐδοίλωσαν· τὰ μὲν διὰ μαγιῶν γραφῶν, τὰ δὲ διὰ φόβων καὶ τιμωριῶν, ὧν ἐπέφερον, τὲ δὲ διὰ διδαχῆς θυμάτων καὶ θυμιαμάτων καὶ σπονδᾶν, ὧν ἐνδεεῖς γεγόνασι μετὰ τὸ πάθεισιν ἐπιθυμιῶν δουλωθῆναι· καὶ εἰς ἀνθρώπους φόνους, πολέμους, μοιχεῖας, ἀπολασίας καὶ πᾶσαν κακίαν ἐσπειραν. 5 Ὅθεν καὶ ποιηταὶ καὶ μυθολόγοι, ἀγνοοῦντες τοὺς ἀγγέλους καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν γεννηθέντας δαίμονας

<sup>a</sup> Hanc vocem Otto suspectam habuit et eiecit, Krüger uncis inclusit; sed immerito, cfr. Ap. I 10, 1.

<sup>1</sup> Inter hoc caput et ea, quae antecedunt, editores omnes (Maraeus, Otto, Krüger) caput VIII meae editionis (Καὶ γὰρ οἶν προσδοκῶ squ.) interposuerunt, quod in codice Parisino eodem loco, quo apud me legitur. Haec transmutatio ab editoribus facta est tum propter contextum, tum quia Eusebius in Hist. eccl. IV 17, 13 narrat, Iustinum iis, quae (c. 2) de martyribus exposuit, apte et consequenter (εἰκίως καὶ ἀκολούθως) praedictionem suae ipsius mortis adnectere. At contextus melior est, si series narrationis, quemadmodum est in codice Parisino, servatur; Eusebius vero loco laudato minime dicit Iustinum iis, quae de martyribus narravit.

3 (4). At ne quis dicat: 'Omnes igitur vobismet ipsi mortem consciscendo iam discedite ad deum neque nobis negotia exhibete', exponam, cur id non faciamus et cur interrogati intrepide profiteamur. 2 Non temere mundum a deo conditum esse didicimus, sed propter humanum genus; placere autem ei eos, qui quae ei insunt imitantur, econtra displicere, qui deteriora amplectuntur vel dicto vel facto antea diximus. 3 Si igitur nos interemerimus, in causa erimus, quantum in nobis est, ne quis nascatur et divinis doctrinis imbuatur, vel etiam ne existat humanum genus, adversantes et ipsi dei voluntati, si hoc fecerimus. 4 Interrogati autem non negamus, tum quod nullius mali nobis conscii sumus, tum quod non in omnibus verum dicere, id quod deo gratum esse scimus, impium existimamus, tum quod et vos prava opinione praesumpta liberare festinamus.

4 (5). Si quem autem subeat et hoc cogitatum: 'si deum, qui auxilium ferre posset, profiteremur, non ab iniustis, uti dicimus, nos oppressum supplicis adfectum iri', id quoque dissolvam. 2 Deus, cum universum mundum fecisset et terrena hominibus subiecisset et caelestia sidera, quae et ipsa eum hominum causa fecisse constat, ad proventum frugum et ad vicissitudines temporum anni adornasset divinamque eis legem dedisset, curam hominum earumque quae sub caelo sunt rerum angelis, quos his praeposuit, commisit. 3 Angeli autem hunc ordinem egressi et mulierum stupris victi filios procreaverunt, qui dicuntur daemones. 4 Atque insuper postea humanum genus in servitutem suam redegerunt partim scriptis magicis, partim terroribus et suppliciis quae inferebant, partim institutione sacrificiorum et suffimentorum et libaminum quorum egentes facti sunt, postquam cupiditatibus libidinum succubuerunt: et inter homines caedes, bella, adulteria, flagitia omnemque malitiam seminavere. 5 Ideo et poetae et mythologi, ignorantes, angelos et dae-

statim vel proxime praedictionem suae mortis adiungere; cfr. Pfäffisch. Der Einfluß Platos auf die Theologie Iustins (Pad. 1910) 190 s. Accedit. id quod etiam Pfäffisch non vidit, quod locutio *ἔπό τινος τῶν ὄνομασμένων*, quae initio capitis octavi in codice occurrit, aperte ad verba *αὐτοῖς* (daemonibus) *καὶ τοῖς λατρείουσι* spectat, quae in fine capitis septimi (7, 4) in codice leguntur. 2 Ut Iustinus, ita alii veteres scriptores et Iudaei et Christiani (Liber Henoch c. 7; Iosephi ant. I 3; Athenag. suppl. c. 24; Clem. Alex. strom. V 1; Tert. ap. c. 22; Lact. inst. II 15) locum Gen. 6, 4 de angelis interpretati sunt. Iustinus distinguit Satanam, qui Evam sollicitavit, et malos angelos, qui cum mulieribus humanis stupra fecerunt, et daemones, qui sunt malorum angelorum filii.

ταῦτα πρᾶξι εἰς ἄρρενας καὶ θηλείας καὶ πόλεις καὶ ἔθνη, ἅπερ συνέγραψαν, εἰς αὐτὸν τὸν θεὸν<sup>1</sup> καὶ τοῖς ὡς ἀπ' αὐτοῦ σπορᾶ γενόμενους υἱούς καὶ τῶν λεχθέντων ἐκείνου ἀδελφῶν καὶ τέκνων ὁμοίως τῶν ἀπ' ἐκείνων, Ποσειδῶνος καὶ Πλοῦτωνος, ἀνήνεγκαν. 6 Ὀνόματι γὰρ ἕναστον, ὕπερ ἕναστος ἐαυτῷ τῶν ἀγγέλων καὶ τοῖς τέκνοις ἔθετο, προσηγόρευσαν.

5 (6). Ὀνομα δὲ τᾶ πάντων πατρὶ θετόν, ἀγεννήτω ὄντι, οὐκ ἔστιν· ᾧ γὰρ ἂν καὶ ὄνομά τι προσαγορεύεται, πρεσβύτερον ἔχει τὸν θέμενον τὸ ὄνομα. 2 Τὸ δὲ πατὴρ καὶ θεὸς καὶ κτίστης καὶ κύριος καὶ δεσπότης οὐκ ὀνόματά ἐστιν, ἀλλ' ἐκ τῶν εἰποῦντων καὶ τῶν ἔργων προσηγορεύεται. 3 Ὁ δὲ υἱὸς ἐκείνου, ὁ μόνος λεγόμενος κυρίως υἱός, ὁ λόγος πρὸ τῶν ποιημάτων καὶ συνᾶν καὶ γεννώμενος, ὅτε τὴν ἀρχὴν δι' αὐτοῦ πάντα ἐκτίσσει καὶ ἐκόσμησεν, Χριστὸς μὲν κατὰ τὸ κενεῖσθαι καὶ κοσμεῖσθαι τὰ πάντα δι' αὐτοῦ τὸν θεὸν λέγεται, ὄνομα καὶ αὐτὸ περιέχον ἄγνωστον σημασίαν, ὃν τρόπον καὶ τὸ θεὸς προσαγορευόμενον οὐκ ὄνομά ἐστιν, ἀλλὰ πράγματος ὀνομαστικῶς ἐμφυτος τῆ φήσσει τῶν ἀνθρώπων δόξα. 4 Ἰησοῦς δὲ καὶ ἀνθρώπου καὶ σωτῆρος ὄνομα καὶ σημασίαν ἔχει. 5 Καὶ γὰρ καὶ ἀνθρώπος, ὅς προέφημεν<sup>2</sup>, γέγονε κατὰ τὴν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς βουλὴν ἀποκηθεῖς ὑπὲρ τῶν πιστευσόντων ἀνθρώπων καὶ ἐπὶ καταλίψει τῶν δαιμόνων· καὶ νῦν ἐκ τῶν ὑπ' ὄψιν γινομένων μαθεῖν δύνασθε. 6 Δαιμονολίπτους γὰρ πολλοὺς κατὰ πάντα τὸν κόσμον καὶ ἐν τῇ ὑμετέρᾳ πόλει πολλοὶ τῶν ἡμετέρων ἀνθρώπων, τῶν Χριστιανῶν, ἐπορηζόντες κατὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ἰπὸ τῶν ἄλλων πάντων ἐπορησίων καὶ ἐπασίων καὶ φαρμακευτικῶν μὴ ἰαθένης, ἰάσαντο καὶ ἔτι νῦν ἰῶνται, καταργοῦντες καὶ ἐκδιώκοντες τοὺς κατέχοντας τοὺς ἀνθρώπους δαίμονας<sup>3</sup>.

6 (7). Ὅθεν καὶ ἐπιμένει ὁ θεὸς τὴν σύγχυσιν καὶ κατάλυσιν τοῦ παντὸς κόσμου μὴ ποιῆσαι, ἵνα καὶ οἱ φαῦλοι ἄγγελοι καὶ δαίμονες καὶ ἀνθρωπομηκέτι ᾄσι, διὸ τὸ σπέρμα τῶν Χριστιανῶν, ὃ γινώσκει ἐν τῇ φήσσει ὅτι αἰτίον ἐστιν. 2 Ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν οὐδὲ ὑμῖν ταῦτα ἔτι ποιεῖν καὶ ἐνεργεῖσθαι ἰπὸ τῶν φαύλων δαιμόνων δυνατόν ἦν, ἀλλὰ τὸ πῦρ τὸ τῆς κρίσεως κατελθὼν ἀνέδην πάντα διέκρινεν, ὡς καὶ πρότερον ἰ κατακλινομὸς μηδένα λιπὼν ἀλλ' ἢ τὸν μόνον σὶν τοῖς ἰδίους παρ' ἡμῖν καλούμενον Νᾶε, παρ' ἡμῖν δὲ Λευκαλίωνα, ἐξ οὗ πάλιν οἱ τοσοῦτοι γεγόνασιν, ὧν οἱ μὲν φαῦλοι, οἱ δὲ σπουδαῖοι. 3 Οὕτω γὰρ ἡμεῖς τὴν ἐκπύρωσιν φάμεν γενήσεσθαι, ἀλλ' οὐδὲ, ὡς οἱ Στωϊκοί, κατὰ τὸν τῆς εἰς ἄλληλα πάντων μεταβολῆς λόγον, ὁ αἰσχιστον ἐφάνη· ἀλλ' οὐδὲ καθ' εἰμαρμένην πράττειν τοῖς ἀνθρώποις ἢ πάσχειν τὰ γινόμενα, ἀλλὰ κατὰ μὲν τὴν προαίρεσιν ἕναστον κατορθοῦν ἢ ἀμαρτάνειν, καὶ κατὰ τὴν τῶν φαύλων δαιμόνων ἐνέργειαν τοῖς σπουδαίοις, οἷον Σωκράτην

<sup>1</sup> i. e. Iovem.<sup>2</sup> Ap. I 23, 3.<sup>3</sup> Idem refert Tertullianus (ap. 23).

mones ex eis natos haec in masculos et feminas et in urbes nationesque perpotravisse, quae conscripserunt, in deum ipsum et in filios, qui tum ex eo, tum ex fratribus eius Neptuno et Plutone et ex filiis eorum nati esse forebantur, transtulerunt. <sup>1</sup> Nomine enim, quod sibi quisque angelorum liberisque suis indiderat, quemque adpellaverunt.

**5 (6).** Nomen autem parenti omnium, quia ingenuus est, nullum est; cui enim nomen aliquod datur, is superiorem eum habet, qui nomen imposuit. <sup>2</sup> *Pater* autem et *deus* et *conditor* et *dominus* et *herus* non nomina sunt, sed ex beneficiis et ex operibus adpellationes. <sup>3</sup> Filius autem eius, qui solus proprie filius adpellatur, logos, qui ante res creatas et cum eo erat et genitus est, cum initio per eum omnia condidit et disposuit, quia unctus est et per eum deus omnia disposuit, Christus vocatur, quo nomine et ipso res significatur incomprehensa, quemadmodum etiam dei adpellatio non nomen est, sed rei inenarrabilia opinio naturae hominum insita. <sup>4</sup> Iesus vero et hominis et salvatoris nomen et significationem habet. <sup>5</sup> Nam et homo, ut supra diximus, factus est ex voluntate dei et patris editus pro hominibus credentibus et ad eversionem daemonum, ut etiam nunc ex iis, quae in conspectu vestro fiunt, cognoscere potestis. <sup>6</sup> Multi enim ex nostris hominibus, ex Christianis, multos a daemonibus obpressos toto orbe terrarum et in vestra urbe, ab omnibus aliis adiuratoribus et incantatoribus et veneficis non sanatos, cum eos per nomen Iesu Christi sub Pontio Pilato cruci adfixi adurant, sanaverunt atque etiam nunc sanant, infirmo et expellendo daemones, qui homines obsident.

**6 (7).** Quare, i. e. propter <sup>1</sup>semen Christianorum quod naturae conservandae causam esse cognoscit, deus confusionem et dissolutionem totius mundi facere cunctatur, ut iam nulli exstent pravi angeli et daemones et homines. <sup>2</sup> Nam si ita res non esset, non iam vobis haec facere et a pravis daemonibus agitari liceret, sed ignis iudicii descendens penitus omnia dissolveret, sicut olim diluvium, quod neminem reliquum fecit praeter unum cum suis, qui apud nos Noe, apud vos Deucalion vocatur, ex quo rursus tot homines orti sunt, partim mali partim boni. <sup>3</sup> Sic enim nos conflagrationem fore dicimus, sed non, ut Stoici, ad modum mutuae omnium rerum mutationis, quod turpissimum esse videtur; neque vero ex fato homines agere aut pati quae fiunt, sed sua quemque voluntate recte agere aut peccare, et bonos, ut Socratem et alios eius generis, pravorum daemonum operatione vexari et in vinculis esse, Sardanapalum autem et Epicurum et alios similes in abundantia omnium rerum et in gloria beatos videri. <sup>4</sup> Quod cum Stoici non intellegerent, fati necessitate omnia fieri statuerunt. <sup>5</sup> Quoniam autem liberum et

καὶ τοὺς ὁμοίους, διώκεσθαι καὶ ἐν δεσμοῖς εἶναι, Σαρδανάπαλον δὲ καὶ Ἐπίκουρον καὶ τοὺς ὁμοίους ἐν ἀφθονίᾳ καὶ δόξῃ δοκεῖν εὐδαιμονεῖν. 4 Ὁ μὴ νοήσαντες οἱ Στωϊκοὶ καθ' εἰμαρμένης ἀνάγκην πάντα γίνεσθαι ἀπεφύγαντο. 5 Ἄλλ' ὅτι αὐτεξούσιον τό τε τῶν ἀγγέλων γένος καὶ τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀρχὴν ἐποίησεν ὁ Θεός, δικαίως ἐπεὶ ὄν ἂν πλημμελήσωσι τὴν τιμωρίαν ἐν αἰωνίῳ πυρὶ κομίσονται. 6 Γενητοῦ δὲ παντὸς ἦδε ἡ φύσις, κακίας καὶ ἀρετῆς δεκτικὸν εἶναι· οὐ γὰρ ἂν ἦν ἐπαινετὸν οἰδὲν αἰτῶν, εἰ οὐκ ἂν<sup>α</sup> ἐπ' ἀμφοτέρα τρέπεσθαι καὶ δύναμιν εἶχε. 7 Δεικνύουσι δὲ τοῦτο καὶ οἱ πανταχοῦ κατὰ λόγον τὸν ὀρθὸν νομοθετήσαντες καὶ φιλοσοφήσαντες ἄθροποι ἐκ τοῦ ὑπαγορεύειν τὰδε μὲν πράττειν, τῶνδε δὲ ἀπέχεσθαι. 8 Καὶ οἱ Στωϊκοὶ φιλόσοφοι ἐν τῷ περὶ ἠθῶν λόγῳ τὰ αὐτὰ τιμῶσι καρτερώς, ὡς δηλοῦσθαι ἐν τῷ περὶ ἰσχυῶν καὶ ἀσωμάτων λόγῳ οὐκ εὐδοῦν αὐτοῖς. 9 Εἴτε γὰρ καθ' εἰμαρμένην φήσουσι τὰ γινόμενα πρὸς ἀνθρώπων γίνεσθαι, ἢ μηδὲν εἶναι θεὸν παρὰ τρεπόμενα καὶ ἀλλοιούμενα καὶ ἀναλυόμενα εἰς τὰ αὐτὰ ἀεὶ, φθαρτῶν μόνων φανήσονται κατάληψιν ἐσχημέναι καὶ αὐτὸν θεὸν διὰ τε τῶν μερῶν καὶ διὰ τοῦ ὕλου ἐν πάσῃ κακίᾳ γινόμενον ἢ μηδὲν εἶναι κακίαν μηδ' ἀρετήν· ὕπερ καὶ παρὰ πᾶσαν σόφρονα ἔννοιαν καὶ λόγον καὶ νοῦν ἔστι.

7 (8). Καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν Στωϊκῶν δὲ δογμάτων, ἐπειδὴ καὶ τὸν ἠθικὸν λόγον κόσμιοι γεγόνασιν, ὡς καὶ ἐν τισιν οἱ ποιηταί, διὰ τὸ ἔμφυτον παντὶ γένει ἀνθρώπων σπέρμα τοῦ λόγου, μεμισησθαι καὶ πεφονεῦσθαι οἴδαμεν· Ἡράκλειτον μὲν, ὡς προέφημεν<sup>1</sup>, καὶ Μουσόνηιον δὲ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καὶ ἄλλους οἴδαμεν. 2 Ὡς γὰρ ἐσημάναμεν, πάντας τοὺς καὶ ὀψωσθήποτε κατὰ λόγον βιοῦν σπουδάζοντας καὶ κακίαν φέρειν μισεῖσθαι ἀεὶ ἐνήργησαν οἱ δαίμονες. 3 Οἰδὲν δὲ φανμαστόν, εἰ τοὺς οὐ κατὰ σπερματικοῦ λόγον μέρος, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ παντὸς λόγον, ὅ ἐστι Χριστοῦ, γινώσκον καὶ θεωρίαν πολὺν μᾶλλον μισεῖσθαι οἱ δαίμονες ἐλεγχόμενοι ἐνεργοῦσιν· οἱ τὴν ἀξίαν κόλασιν καὶ τιμωρίαν κομίσονται ἐν αἰωνίῳ πυρὶ ἐγκλισθέντες. 4 Εἰ γὰρ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἤδη διὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ ἠτιῶνται, δίδαγμα ἔστι τῆς καὶ μελλούσης αἰτοῖς καὶ τοῖς λατρείουσιν αὐτοῖς ἐσομένης ἐν πυρὶ αἰωνίῳ κολάσεως. 5 Οὔτως καὶ γὰρ οἱ προφήται πάντες προεκήρυξαν γενήσεσθαι, καὶ Ἰησοῦς ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος ἐδίδαξε.

8 (9). Καγὼ<sup>3</sup> οὖν προσδοκῶ ὑπό τινος τῶν ὀνομασμένων<sup>4</sup> ἐπιβουλευθῆναι καὶ ξύλω<sup>5</sup> ἐμπαῖγναι<sup>b</sup>, ἢ καὶ ὑπὸ Κρίσκεντος<sup>c</sup> ἢ τοῦ φιλοσόφου<sup>d</sup> καὶ

<sup>a</sup> P et Paul (Jahrbücher 1891, 462).

<sup>b</sup> ἐντιναῖγναι Eus. h.

e. IV 16, 3.

<sup>c</sup> Κρήσκεντος Eus. l. l.

<sup>d</sup> ἀφιλοσόφου

Eus. l. l.

<sup>1</sup> Ap. I 46, 3. Heraclitus Ephesius, qui vixit annis circiter 500 a. Chr., dictus ὁ σκοτεινός, neque Stoicus fuit neque occisus est. <sup>2</sup> Mu-

angelorum et hominum genus deus ab initio creavit, merito pro delictis suis supplicium in aeterno igne reportabunt. 6 Orti enim cuiusque animantis haec est natura, ut vitii virtutisque sit capax; neque enim quicquam eorum laude dignum esset, nisi in utramque partem se vertendi facultatem haberet. 7 Quod declarant etiam ii homines, qui ubique secundum rectam rationem leges tulerunt vel philosophati sunt, alia fieri, alia vitari iubendo. 8 Atque ipsi Stoici philosophi in iis, quae de moribus docent, eadem magnopere probant, unde eos in doctrina de principiis et de rebus incorporeis non rectam viam ingredi patet. 9 Nam si fato fieri, quae ab hominibus fiunt, dicent aut deum nihil aliud esse quam ea, quae convertuntur et immutantur et in eadem semper resolvuntur, corruptibilium tantum rerum notionem habere videbuntur et ipsum deum per partes et per totum in omni nequitia versari vel nihil esse vitium et virtutem; quod quidem et contra omnem sanam cogitationem et rationem et mentem est.

7 (8). Etiam eos, qui sunt e secta Stoicorum, quoniam in ea saltem parte philosophiae, in qua de moribus agitur, propter semen logi omni generi hominum insitum, ut etiam aliqua ex parte poetae, recte docuerunt, odio fuisse et interfectos esse scimus; Heraclitum quidem, uti iam diximus, et Musonium in his qui nostra aetate fuerunt et alios novimus. 4 Ut enim monstravimus, daemones semper id egerunt, ut omnes, qui atqueque secundum legem vivere et malitiam fugere studebant, odio haberentur. 5 Nihil autem mirum, si iis, qui non secundum partem logi spermatici, sed secundum totius logi, hoc est Christi, cognitionem et visionem (vivere student), multo maius odium conflant daemones coarguti; qui debitam poenam et supplicium solvent in aeterno igne inclusi. 6 Nam si iam ab hominibus per nomen Iesu Christi superantur, hoc documentum est supplicii iis eorumque cultoribus in aeterno igne futuri. 7 Ita enim fore et prophetae omnes praenuntiaverunt et Iesus magister noster docuit.

8 (9). Itaque et ego exspecto, dum ab aliquo eorum, quos memoravit insidiis adpetar et in nervum compingar, fortasse a Crescente illo stresonius Rufus, philosophus Stoicus, anno post Chr. 65 in exilium missus est (Tac. ann. 15, 71). 3 Confer quae supra pag. 120 de ordine capitum huius apologiae adnotavi. 4 i. e. daemonum malorum.

3 Hoc ξίλον erat truncus, foramina habens, quibus pedes captivorum immittebantur, ut securius in carcere servarentur aut tormentis vexarentur

φιλοκόμπου. 2 Οὐ γὰρ φιλόσοφον εἰπεῖν ἄξιον τὸν ἄνδρα, ὅς γε περὶ ἡμῶν ἂν μὴ ἐπίσταται δημοσίᾳ καταμαρτυρεῖ, ὅς ἀθέων καὶ ἀσεβῶν Χριστιανῶν ὄντων, πρὸς χάριν καὶ ἡδονὴν τῶν πολλῶν τῶν πεπλανημένων ταῦτα<sup>b</sup> πράττων. 3 Ἐἴτε γὰρ μὴ ἐντυχὸν τοῖς τοῦ Χριστοῦ διδάγμασι κατατρέχει ἡμῶν, παμπόνηρός ἐστι καὶ ἰδιωτῶν πολὺ χείρων, οἳ φυλάττονται πολλάκις περὶ ὧν οὐκ ἐπίστανται διαλέγεσθαι καὶ ψευδομαρτυρεῖν· ἢ<sup>c</sup> εἰ ἐντυχόν<sup>1</sup>, μὴ συνῆκε τὸ ἐν αὐτοῖς μεγαλεῖον ἢ συνεῖς πρὸς τὸ μὴ ὑποπτευθῆναι τοιοῦτος ταῦτα ποιεῖ, πολὺ μᾶλλον ἀγεννῆς καὶ παμπόνηρος, ἰδιωτικῆς καὶ ἀλόγου δόξης καὶ φόβου ἐλάττων ὢν. 4 Καὶ γὰρ προσθέντα με καὶ ἐρωτήσαντα αὐτὸν ἐρωτήσεις τινὰς τοιαύτας καὶ<sup>d</sup> μαθεῖν καὶ ἐλέγξαι, ὅτι ἀληθῶς μηδὲν ἐπίσταται, εἰδέναι ἡμᾶς βοίλομαι. 5 Καὶ ὅτι ἀληθῆ λέγω, εἰ μὴ ἀνηγέχθησαν ἡμῖν αἱ κοινωνίαι τῶν λόγων, ἔτοιμος καὶ ἐφ' ἡμῶν κοινωνεῖν τῶν ἐρωτήσεων πάλιν· βασιλικὸν δ' ἂν καὶ τοῦτο ἔργον εἶη. 6 Εἰ δὲ καὶ ἐγνώσθησαν ἡμῖν αἱ ἐρωτήσεις μου καὶ αἱ ἐκείνου ἀποκρίσεις, φανερόν ἡμῖν ἐστίν, ὅτι οὐδὲν τῶν ἡμετέρων<sup>e</sup> ἐπίσταται· ἢ εἰ καὶ<sup>f</sup> ἐπίσταται, διὰ τοὺς ἀκούοντας δὲ οἱ τολμᾷ λέγειν ὁμοίως Σωκριάτε<sup>g</sup>, ὡς προέφη<sup>h</sup>, οὐ φιλόσοφος ἀλλὰ φιλοδοξὸς ἀνὴρ<sup>1</sup> δεῖκνυται, ὅς γε μηδὲ τὸ σωκρατικὸν ἀξιεραστον ὄν τιμᾷ· „Ἄλλ' οἴτι γε πρὸ τῆς ἀληθείας τιμητέος ἐνὴρ<sup>4</sup>“. 7 Ἀδύνατον δὲ Κυνικῶ. ἀδιάφορον τὸ τέλος προθεμένῳ, τὸ ἀγαθὸν εἰδέναι πλὴν ἀδιαφορίας<sup>5</sup>.

9. Ἵνα δὲ μὴ τις εἴπῃ τὸ λεγόμενον ἰπὸ τῶν νομιζομένων φιλοσόφων, ὅτι κόμπου καὶ φόβητρά ἐστι τὰ λεγόμενα ὑφ' ἡμῶν ὅτι κολάζονται ἐν αἰωνίῳ πυρὶ οἱ ἄδικοι, καὶ διὰ φόβον ἀλλ' οὐ διὰ τὸ καλὸν εἶναι καὶ ἀρεστον ἐναρέτως βιοῦν τοῖς ἀνθρώποις ἀξιοῦμεν, βραχνεπᾶς πρὸς τοῦτο ἀποκρινοῦμαι, ὅτι, εἰ μὴ τοῦτό ἐστιν, οὔτε ἐστὶ θεός, ἢ, εἰ ἐστίν, οἱ μέλει αὐτῶ τῶν ἀνθρώπων, καὶ οὐδὲν ἐστὶν ἀρετῆ οὐδὲ κακία, καί, ὡς προέφημεν<sup>6</sup>, ἀδίκως τιμωροῦσιν οἱ νομοθέται τοὺς παραβαίνοντας τὰ διατεταγμένα καλά. 2 Ἄλλ' ἐπεὶ οὐκ ἄδικοι ἐκείνοι καὶ ὁ αὐτῶν πατήρ, τὰ αὐτῶ ἀντὶ αὐτῶ<sup>k</sup> πράττειν διὰ τοῦ λόγου διδάσκων, οἱ τοῦτοις συντιθέμενοι οὐκ ἄδικοι. 3 Ἐὰν δὲ τις τοῖς διαφόροις νόμοις τῶν ἀνθρώπων προβάληται, λέγων, ὅτι παρ' οἷς μὲν ἀνθρώποις τάδε καλά, τάδε αἰσχρὰ νενόμισται, παρ' ἄλλοις δὲ τὰ παρ' ἐκείνοις αἰσχρὰ καλά, καὶ τὰ καλά

<sup>a</sup> ὧν προ ἡμῶν ἂ Eus. l. l.      <sup>b</sup> τοῦτο Eus. l. l. 4.      <sup>c</sup> καὶ Eus. l. l.      <sup>d</sup> om. Eus. l. l. 5.      <sup>e</sup> τῶν ἡμετ. desunt P.      <sup>f</sup> om. Eus. l. l. 6.      <sup>g</sup> ὁμ. Σωκρ. om. Kr.      <sup>h</sup> πρότερον ἔφη Eus.      <sup>i</sup> ἀνὴρ Eus.      <sup>k</sup> Ita PO Veil, αὐτοῖς Sylburg Kr.

(Otto).      <sup>4</sup> Crescentem philosophum Cynicum Tatianus (orat. c. 19) tradit puerorum amore omnes superantem pecuniaeque cupidissimum Romae Iustino mortem machinatum esse, quia philosophos gulae fraudis-

pitus ostentationisque amante. 2 Non enim philosophum convenit adpellare eum, qui de nobis, quae ignorat, palam testificatur, quasi athei et improbi Christiani sint, ad gratiam et voluptatem vulgi decepti haec agens. 3 Nam si Christi doctrinas ignorans incurrit in nos, nequissimus est idiotisque multo deterior, qui verentur saepe de iis rebus, quas non intellegunt, disserere falsumque testimonium dicere; sin vero eas novit, non intellexit earum dignitatem aut ea intellecta, ne in suspicionem sceleris esse incidat, haec agit, multo abiectior et nequissimus, quippe qui sordida absurdaque fama timoreque inferior sit. 4 Etenim propositis ei quaestionibus quibusdam et didicisse me et convicisse eum revera nihil intellegere, scire vos volo. 5 Atque vera me dicere ut sciatis, nisi disputationes illae ad vos adlatae sunt, paratus sum et coram vobis quaestiones proponere iterum; regium profecto haud scio an hoc opus fuerit. 6 Sin innotuerunt vobis quaestiones meae et illius responsa, perspicuum vobis est, nihil eum rerum nostrarum intellegere; vel si intellegit neque vero audientium metu aequae ac Socrates dicere audeat, non sapientiae, sed ut supra dixi, famae amans probatur, qui ne amandum illud Socratis dictum respiciat: *Minime vero veritati praefendus est vir.* 7 Fieri autem nequit, ut Cynicus, qui indifferentiam finem sibi proponit, bonum noverit praeter indifferentiam.

9. Ne quis autem dicat, quod qui existimantur philosophi contendunt, strepitus inanes esse et terricula, quae a nobis de improbis aeterno igne puniendis adfirmantur, nosque postulare, ut virtutem homines ob metum colant in vita neque eo, quod praecleara est et grata, paucis verbis ad hoc respondebo: 'Si res se non ita habet, neque deus est aut si est homines non curat neque quicquam est virtus vitiumque, et, ut supra diximus, iniuste legum latores in eos animadvertunt, qui bona mandata transgrediuntur. 2 Sed cum illi iniusti non sint eorumque pater eadem, quae ipse agit, per legem agi iubeat, impii non sunt, qui his adstipulantur'. 3 Si quis autem diversas hominum leges obiciat dicens apud alios quaedam praecleara, quaedam turpia censi, apud alios autem, que arguisset. Revera hunc Crescentem Iustino causam mortis fuisse auctor est Eusebius (h. e. IV 16, 1 et chron. ad annum Abr. 2168 seu 2170); sed cum in Actis s. Iustini de ea re nihil inveniatur, Eusebius dictis Iustini et Tatiani in errorem inductus esse videtur.

<sup>1</sup> supple: ἀντοῖς καταρῆχει ἡμῶν. <sup>2</sup> Sensus est: Socrates libere apud iudices locutus est, id quod Crescens non audeat. <sup>3</sup> initio capitis. <sup>4</sup> Plato de rep. X p. 595 c. <sup>5</sup> Ἀδιαφορία a Cynicis summum bonum existimabatur. <sup>6</sup> c. 7, 7.

αἰσχρὰ νομίζεται, ἀκουέτω καὶ τῶν εἰς τοῦτο λεγομένων. 4 Καὶ νόμους διατάξασθαι τῇ ἑαυτῶν κακίᾳ ὁμοίους τοὺς πονηροὺς ἀγγέλλους ἐπιστάμεθα, οἷς χαίρουσιν οἱ ὅμοιοι γενόμενοι ἄνθρωποι, καὶ ὁρθὸς λόγος παρελθὼν οἱ πάσας δόξας οὐδὲ πάντα δόγματα καλὰ ἀποδείκνυσιν, ἀλλὰ τὰ μὲν φαῦλα, τὰ δὲ ἀγαθὰ ὥστε μοι καὶ πρὸς τοὺς τοιοῦτους τὰ αὐτὰ καὶ τὰ ὅμοια εἰρήσεται, καὶ λεχθήσεται διὰ πλειόνων, ἐὰν χρεῖα ᾖ. 5 Τανῦν δὲ ἐπὶ τὸ προκειμένον ἀνέρχομαι.

10. Μεγαλειότερα μὲν οὖν πάσης ἀνθρωπείου διδασκαλίας φαίνεται τὰ ἡμέτερα διὰ τοῦ τὸ<sup>a</sup> λογικὸν τὸ ὅλον τὸν φανέντα δι' ἡμᾶς Χριστὸν γεγονέναι καὶ σῶμα καὶ λόγον καὶ ψυχὴν<sup>1</sup>. 2 Ὅσα γὰρ καλῶς αἰεὶ ἐφθέγγαντο καὶ εἶρον οἱ φιλοσοφήσαντες ἢ νομοθετήσαντες, κατὰ λόγον μέρος δι' εὐρέσεως καὶ θεωρίας ἐστὶ πονηθέντα αὐτοῖς. 2 Ἐπειδὴ δὲ οἱ πάντα τὰ τοῦ λόγου ἐγνόησαν, ὅς ἐστι Χριστός, καὶ ἐναντία ἑαυτοῖς πολλὰκις εἶπον. 4 Καὶ οἱ προγεγενημένοι τοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον λόγῳ πειραθέντες τὰ πράγματα θεωρῆσαι καὶ ἐλέγξαι, ὡς ἀσεβεῖς καὶ περιεργοὶ εἰς διαστήρια ἤχθησαν. 5 Ὁ πάντων δὲ αὐτῶν εἰτορότερος πρὸς τοῦτο γενόμενος Σωκράτης τὰ αὐτὰ ἡμῖν ἐνεκλήθη καὶ γὰρ ἔφασαν αὐτὸν<sup>2</sup> καινὰ δαιμόνια εἰσφέρειν, καὶ οὖς ἢ πόλις νομίζει θεοὺς μὴ ἠγεῖσθαι αὐτόν. 6 Ὁ δὲ δαίμονας μὲν τοὺς φαίλους καὶ τοὺς πράξαντας ἃ ἔφασαν οἱ ποιηταί, ἐκβαλὼν τῆς πολιτείας καὶ Ὀμηρον καὶ τοὺς ἄλλους ποιητάς, παραιτεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους ἐδίδαξε, πρὸς θεοῦ δὲ τοῦ ἀγνώστου αὐτοῖς διὰ λόγον ζητήσεως ἐπίγνωσιν προὔτρεπετο, εἰπὼν· „Τὸν<sup>3</sup> δὲ πατέρα καὶ δημιουργὸν πάντων οὐθ' εὐρεῖν ῥᾶδιον, οὐθ' εὐρόντα εἰς πάντας εἰπεῖν ἀσφαλές“. 7 Ἄ ὁ ἡμέτερος Χριστὸς διὰ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως ἔπραξε. 8 Σωκράτει μὲν γὰρ οὐδεὶς ἐπέισθη ὑπὲρ τοῦτου τοῦ δόγματος ἀποθνήσκειν· Χριστῷ δέ, τῷ καὶ ὑπὸ Σωκράτους ἀπὸ μέρους γνωσθέντι (λόγος γὰρ ἦν καὶ ἔστιν ὁ ἐν παντὶ ὢν, καὶ διὰ τῶν προφητῶν προειπὼν τὰ μέλλοντα γίνεσθαι καὶ δι' ἑαυτοῦ ὁμοιοπαθοῦς γενομένου καὶ διδάξαντος ταῦτα), οὐ φιλόσοφοι οὐδὲ φιλόλογοι μόνον ἐπέισθησαν, ἀλλὰ καὶ χειροτέχραι καὶ παντελῶς ἰδιῶται, καὶ δόξης καὶ φόβου καὶ θανάτου καταφρονήσαντες· ἐπειδὴ δὴνάμις ἐστὶ τοῦ ἀόρατου πατρὸς καὶ οὐχὶ ἀνθρωπείου λόγου τὰ σκεῖν<sup>b</sup>.

11. Οἷκ ἂν δὲ οὐδὲ ἐφρονεόμεθα οὐδὲ δυνατώτεροι ἡμῶν ἦσαν οἱ τε ἄδικοι ἄνθρωποι καὶ δαίμονες, εἰ μὴ πάντως παντὶ γεννωμένῳ ἀνθρώπῳ καὶ θανεῖν ὀφείλετο<sup>4</sup>. ὅθεν καὶ τὸ ὄφλημα ἀποδιδόντες εἰχαριστοῦμεν. 2 Καίτοι

<sup>a</sup> τοῦτο P, τὸ (solum) OKr, τοῦτο Paul.

<sup>b</sup> Ita P et Paul (Jahrbücher 1891, 462); pro τὰ σκεῖν O et Kr habent κατασκευή.

<sup>1</sup> Sensus est: In Christo totus logos adparuit, ita ut

quae apud illos turpia sunt, praeclara et, quae praeclara, turpia existimari, audiatur, qui et de hac re dicamus. <sup>1</sup> Et leges a malis angulis adcommodatas suae ipsorum nequitiae institutas esse scimus, quibus homines, qui sunt similes eorum, delectantur, et recta ratio accedens, non omnes opiniones neque omnia decreta praeclara esse demonstrat, sed quaedam mala, quaedam bona; itaque talibus hominibus a me eadem et similia dicentur et explicabuntur uberius, si opus fuerit. <sup>2</sup> Nunc ad propositum redeamus.

**10.** Adparet igitur quae nos docemus sublimiora esse omni humana doctrina, quia totus logos Christus, qui propter nos in mundum venit, factus est, et corpus et logos et animus. <sup>1</sup> Quaecumque enim bene unquam philosophi aut legum latores dixerunt et excogitaverunt, ea secundum logi partem exquirendo et considerando elaboraverunt. <sup>2</sup> Quia autem non omnia, quae sunt logi, i. e. Christi, cognoverunt, etiam sibi adversantia saepe dixerunt. <sup>3</sup> Et qui ante Christum fuerunt, humanitas ratione res investigare et refellere conati tamquam impii novarumque rerum cupidi in iudicium adducti sunt. <sup>4</sup> Quorum omnium hac in re fortissimus Socrates in eadem ac nos crimina vocatus est; nova enim ab eo daemonia induci et quos civitas agnoscit deos ab eo repudiari dixerunt. <sup>5</sup> Ille autem daemones malos eosque perpetrantes, quae poetae narraverunt, aversari homines docuit et Homerum et ceteros poetas e civitate pellens, deum autem iis ignotum ut rationis inquisitione cognoscerent hortatus est dicens: *Parentem autem et opificem universorum neque incenire facile neque de invento coram omnibus loqui tutum.* <sup>6</sup> Quae Christus noster sua propria virtute praestitit. <sup>7</sup> Socrati enim nemo ita credidit, ut pro hoc decreto moreretur; Christo autem, qui etiam a Socrate aliqua ex parte est cognitus — logos enim, qui in unoquoque est, erat et est, qui et per prophetas futura praedixit et per se ipsum, cum natura nostra accepta haec doceret — non philosophi et litterati tantum crediderunt, sed etiam operarii et omnino indocti, qui et gloriam et metum et mortem contempserunt; nam virtus inenarrabilis patris et non humanae sapientiae vas erat.

**11.** Neque vero occideremur nec potentiores nobis essent improbi homines et daemones, nisi omnino unicuique homini mori necesse esset; idcirco cum id debitum persolvimus, gratias agimus. <sup>1</sup> Attamen et illud Xenophontis nunc in Crescentem et eos, qui aequae atque ille insaniunt,

Christus constet ex corpore, logo, animo.

<sup>2</sup> Plato, Apol. 24<sup>b</sup>.

<sup>3</sup> Plato, Tim. 28<sup>c</sup>.

<sup>4</sup> Euripides, Alc. 799: *Βροτῶς ἅπασι καὶ θανεῖν ὀφείλεται.*

γε καὶ τὸ ξενοφώντειον ἐκεῖνο γίνετο πρὸς τε Κρίσιντα καὶ τοὺς ὁμοίως αὐτῶ ἀφραίνοντας καλὸν καὶ εὐκαιρὸν εἰπεῖν ἡγοῦμεθα. 3 Τὸν Ἡρακλέα ἐπὶ τριόδόν τινα ἔφη ὁ Ξενοφῶν<sup>1</sup> βαδίζοντα εἶρεῖν τὴν τε ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν, ἐν γυναικῶν μορφαῖς φαινομένης. 4 Καὶ τὴν μὲν κακίαν, ἀβροῦ ἐσθῆτι καὶ ἐρωτοπεποιημένῳ καὶ ἀνθοῖντι ἐκ τῶν τοιούτων προσώπῳ, θελκτικὴν τε εὐθὺς πρὸς τὰς ὕψεις οὔσαν, εἰπεῖν πρὸς τὸν Ἡρακλέα ὅτι, ἦν αὐτῆ ἔπηται, ἡδόμενόν τε καὶ κεκοσμημένον τῷ λαμπροτάτῳ καὶ ὁμοίῳ τῷ περὶ αὐτὴν κόσμῳ διατιθήσειν αἰετοποίησει. 5 Καὶ τὴν ἀρετὴν ἐν ἀχιμηρῶ μὲν τῷ προσώπῳ καὶ τῇ περιβολῇ οὔσαν εἰπεῖν· Ἄλλ' ἦν ἐμοὶ πείθει, οὐ κόσμῳ οἷδὲ κάλλει τῷ ῥέοντι καὶ φθειρομένῳ ἑαυτὸν κοσμήσεις ἀλλὰ τοῖς αἰδίοις καὶ καλοῖς κόσμοις. 6 Καὶ πάνθ' ὄντιν' οὐκ ἐπιπέσειμεθα, φεύγοντα τὰ δοκοῦντα καλὰ, τὰ δὲ νομιζόμενα σκληρὰ καὶ ἄλογα μετεροχόμενοι, εἰδαιμονίαν ἐνδέχεσθαι. 7 Ἡ γὰρ κακία, πρόβλημα ἑαυτῆς τῶν πράξεων τὰ προσόντα τῇ ἀρετῇ καὶ ὄντως ὄντα καλὰ διὰ μιμήσεως ἀφθάρτων περιβαλλομένη (ἀφθαρτον γὰρ οὐδὲν ἔχει οὐδὲ ποιῆσαι δύναται), δουλαγωγεῖ τοὺς χαμαιπετεῖς τῶν ἀνθρώπων, τὰ προσόντα αὐτῇ φαῦλα τῇ ἀρετῇ περιθεῖσα. 8 Οἱ δὲ νεοηκότες τὰ προσόντα τῶ ὄντι καλὰ καὶ ἀφθαρτοὶ τῇ ἀρετῇ· ὁ καὶ περὶ Χριστιανῶν καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ ἄθλου καὶ τῶν ἀνθρώπων τῶν τοιαῦτα πραξάντων, ὅποια ἔφασαν οἱ ποιηταὶ περὶ τῶν νομιζομένων θεῶν, ἵπολαβεῖν δεῖ πάντα νουνεχῶ, ἐκ τοῦ καὶ τοῦ φενικοῦ καταφρονεῖν ἡμᾶς θανάτου λογισμὸν ἔλκοντα.

12. Καὶ γὰρ αὐτὸς ἐγώ, τοῖς Πλάτωνος χαίρων διδάγμασι, διαβαλλομένους ἀκούων Χριστιανούς, ὁρῶν δὲ<sup>a</sup> ἀφόβους πρὸς θάνατον καὶ πάντα τὰ ἄλλα<sup>b</sup> νομιζόμενα φοβερά, ἐνενόουν ἀδύνατον εἶναι ἐν κακίᾳ καὶ φιληδονίᾳ ὑπάρχειν αὐτούς. 2 Τίς γὰρ φιληδονος ἢ ἀκρατὴς καὶ ἀνθρωπειῶν<sup>c</sup> σαρκῶν βορὰν ἀγαθῶν ἡγοῦμενος<sup>d</sup> δύναται ἀν θάνατον ἀσπάζεσθαι, ὅπως τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν στερηθῆ<sup>e</sup>, ἀλλ' οὐκ ἐκ παντὸς ζῆν μὲν<sup>f</sup> αἰετὴν τὴν ἐνθάδε βιωτὴν καὶ λανθάνειν τοὺς ἄρχοντας ἐπειράτο, οὐχ ὅτι γε<sup>g</sup> ἑαυτὸν κατήγγελλε φονευθόσμενον; 3 Ἦδη καὶ τοῦτο ἐνήρηγαν οἱ φαῦλοι δαίμονες διὰ τινῶν πονηρῶν ἀνθρώπων πραχθῆναι. 4 Φονεύοντες γὰρ αὐτοὶ τινὰς ἐπὶ συκοφαντίᾳ τῇ εἰς ἡμᾶς καὶ εἰς βασάνους εἰλκυσαν οἰκέτας τῶν ἡμετέρων ἢ παῖδας ἢ γυναῖκα, καὶ δι' αἰνισμῶν φοβερῶν ἐξαναγκάζουσι κατεπειν ταῦτα τὰ μυθολογούμενα, ἃ αἰτοὶ φανερώς πράττουσιν· ὧν ἐπειδὴ οὐδὲν πρόσεστιν ἡμῖν, οὐ φροντίζομεν, θεὸν τὸν ἐγγένητον καὶ ἀρρόητον μάρτυρα ἔχοντες τῶν τε λογισμῶν καὶ τῶν πράξεων. 5 Τίνος γὰρ χάριν οὐκ καὶ ταῦτα δημοσίᾳ ὁμολογοῦμεν ἀγαθὰ καὶ φιλοσοφίαν θεῖαν ἀντὶ ἀπεδείκνυμεν, φάσκοντες Κρόνον μὲν μιστήρια τελεῖν ἐν τῷ ἀνδροφονεῖν<sup>h</sup>, καὶ ἐν τῷ αἵματος ἐμπίπασθαι, ὡς λέγεται, τὰ ἴσα τῷ παρ' ἡμῶν τιμωμένῳ

<sup>a</sup> Καὶ addit Eus. hist. c. IV 8, 5.

<sup>b</sup> om. Eus.

<sup>c</sup> Ita

Kr cum Eus. et Apol. I 26, 7; ἀνθρωπίνων PO; Iust. passim forma ἀνθρώπειος utitur. <sup>d</sup> ἡγοῦμενος ἀγαθῶν Eus.

<sup>e</sup> ὅπως τῶν

ἑαυτοῦ στερηθεῖν ἐπιθυμιῶν Eus.

<sup>f</sup> om. Eus.

<sup>g</sup> om. Eus.

proferre bonum opportunumque esse arbitramur. <sup>3</sup> Herculem in trivio quodam ambulanti in virtutem et malitiam in formis mulierum visas incidisse Xenophon narravit. <sup>4</sup> Atque malitiam molli veste et vultu ex ornamentis illis ad amorem eliciendum apto et florenti, oculis statim ad demulcendum compositis, ita Herculem adlocutam esse, si se sequeretur, sese effecturam esse, ut semper lactus et splendidissimo, qualem ipsa haberet, cultu viveret. <sup>5</sup> Et virtutem squalenti vultu et vestitu ita dixisse: 'At si mihi obsequeris, cultu et decore non caduco et fluxo te ornabis, sed aeternis et praeclaris ornamentis'. <sup>6</sup> Et persuasum habemus quemvis hominem, qui ea quae videntur bona fugerit, ea autem quae dura stultaque putantur sectatus erit, beatitudinem adepturum esse. <sup>7</sup> Nam malitia, tamquam obtentum suarum actionum ea, quae insunt virtuti vere bona, imitando res incorruptibiles sibi adfingens — incorruptibile enim nihil habet neque facere potest — in servitutem redigit homines terrae adfixos, inhaerentia sibi mala virtuti adponens. <sup>8</sup> Qui autem quae insunt virtuti vera bona cognoverunt, incorrupti per eam sunt; id quod et de Christianis et de athleticis et de iis, qui talia gesserunt, qualia poetae de iis qui putantur dii narraverunt, unusquisque sapiens sibi persuadere debet, inde concludens, quod vel mortem, quae omnibus fugienda videtur, nos contemnimus.

12. Nam et ego ipse, cum Platonis delectarer doctrinis audiremque criminationes, quae in Christianos iactabantur, eos vero ad mortem ceteraque omnia, quae terribilia existimantur, impavidos cernerem, fieri non posse intellegebam, ut in nequitia voluptatumque amore viverent. <sup>2</sup> Quis enim voluptatibus deditus vel intemperans et humanae carnis avidus mortem amplecti possit, ut bonis suis privetur? Nonne omnino hanc vitam semper agere et magistratus latere conetur, nedum se ipse morte multandum offerat? <sup>3</sup> Iam vero et illud pravi daemones malorum quorundam opera moliti sunt. <sup>4</sup> Qui cum nonnullos per calumniatores, prout adversus nos usitata est, delatos occiderent, etiam servos nostrorum aut pueros aut mulierculas ad tormenta rapuerunt atque horrendis cruciatibus fabulosa ista facinora, quae ipsi palam perpetrant, enuntiare cogunt, quae quidem, cum a nobis aliena sint, non curamus, quia deum ingentium et inenarrabilem testem cogitationum actionumque habemus. <sup>5</sup> Cur enim et haec honesta esse publice non profiteamur et divinam hanc esse philosophiam declaremus, dicentes Saturni mysteria nos cele-

<sup>1</sup> Xenoph. memor. Socr. II 1, 21 ss.

<sup>2</sup> Confer Tert. ap. c. 9, 2: Infantes penes Africam Saturno immolabantur palam usque ad proconsulatum Tiberii; . . . sed et nunc in occulto perseveratur hoc sacrum facinus.

εἰδῶλον, ᾧ οὐ μόνον ἀλόγων ζώων αἵματα προσραίνεσθαι ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπεια, διὸ τοῦ παρ' ἡμῶν ἐπισημοτάτου καὶ εὐγενεστάτου ἀνδρὸς τὴν πρόσχυσιν τοῦ τῶν φονευθέντων αἵματος ποιούμενοι<sup>1</sup>, Διὸς δὲ καὶ τῶν ἄλλων θεῶν μιμηταὶ γενόμενοι ἐν τῷ ἀνδροβατεῖν καὶ γυναιξίν ἀθεῶς μίγνυσθαι, Ἐπικούρου μὲν καὶ τὰ τῶν ποιητῶν συγγράμματα ἀπολογίαν φέροντες; <sup>6</sup> Ἐπειδὴ δὲ ταῦτα τὰ μαθήματα καὶ τοὺς ταῦτα πράξαντας καὶ μιμουμένους φεύγειν πείθομεν, ὡς καὶ νῦν διὰ τῶνδε τῶν λόγων ἠγωνίσαμεθα, ποικίλως πολεμούμεθα· ἀλλ' οὐ φροντίζομεν, ἐπεὶ θεὸν τῶν πάντων ἐπόπτην δίκαιον οἶδαμεν. <sup>7</sup> Εἶθε<sup>2</sup> καὶ νῦν τις ἀν<sup>b</sup> τραγικῆ φωνῇ ἀνεβόησεν ἐπὶ τι βῆμα ἰψηλὸν ἀναβάς· Αἰδέσθητε, αἰδέσθητε ἢ φανεροῦς πράττετε εἰς ἀναιτίους ἀναφέροντες, καὶ τὰ προσόντα καὶ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς ἡμετέροις θεοῖς περιβάλλοντες τούτοις ὧν οὐδὲν οὐδ' ἐπὶ ποσὶν μετουσία ἐστί. <sup>8</sup> Μετάθεσθε, σωφρονίσθητε.

**13.** Καὶ γὰρ ἐγώ, μαθὼν περίβλημα πονηρὸν εἰς ἀποστροφὴν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων περιτεθειμένον ἰπὸ τῶν φαύλων δαιμόνων τοῖς Χριστιανῶν θείοις διδάγμασι, καὶ ψευδολογουμένων ταῦτα καὶ τοῦ περιβλήματος κατεγέλασα καὶ τῆς παρὰ τοῖς πολλοῖς δόξης. <sup>2</sup> Χριστιανὸς εὐρεθῆναι καὶ εὐχόμενος καὶ παμμάχως ἀγωνιζόμενος ὁμολογῶ, οἷχ ὅτι ἀλλότρια ἐστὶ τὰ Πλάτωνος διδάγματα τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ἔτι οὐκ ἐστὶ πάντῃ ὅμοια, ὡσπερ οὐδὲ τὰ τῶν ἄλλων, Στωϊκῶν τε καὶ ποιητῶν καὶ συγγραφέων. <sup>3</sup> Ἐκαστος γὰρ τις ἀπὸ μέρους τοῦ σπερματικῆς θείου λόγου τὸ συγγενὲς ὄρων καλῶς ἐφθέγγετο· οἱ δὲ τὰναντία ἑαυτοῖς ἐν κυριωτέροις εἰρηκότες οὐκ ἐπιστίμην τὴν ἀπιπτον<sup>c</sup> καὶ γινῶσιν τὴν ἀνέλεγκτον φαίνονται ἐσχημένα. <sup>4</sup> Ὅσα οὖν παρὰ πᾶσι καλῶς εἴρηται, ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν ἐστὶ· τὸν γὰρ ἀπὸ ἀγεννήτου καὶ ἀρρήτου θεοῦ λόγον μετὰ τὸν θεὸν προσκυνοῦμεν καὶ ἀγαπῶμεν, ἐπειδὴ καὶ δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος γέγονεν, ὅπως καὶ τῶν παθῶν τῶν ἡμετέρων συμμετοχος γενόμενος καὶ ἴσασιν ποιήσεται. <sup>5</sup> Οἱ γὰρ συγγραφεῖς πάντες διὰ τῆς ἐνοῦσης ἐμφύτου τοῦ λόγου σοφοῦς ἀμυδροῦς ἐδύναντο ὄραν τὰ ὄντα. <sup>6</sup> Ἔτερον γὰρ ἐστὶ σπέρμα τινὸς καὶ μίμημα κατὰ δύναντιν δοθέν, καὶ ἕτερον αὐτό, οὗ κατὰ χάριν τὴν ἀπὸ ἐκείνου ἢ μετουσία καὶ μίμησις γίνεται.

**14.** Καὶ ἡμᾶς οὖν ἀξιούμεν ὑπογράψαντας τὸ ἡμῶν δοκοῦν προθεῖναι

<sup>a</sup> εἰ δὲ P.

<sup>b</sup> ἕν P, ἐν Paul (Jahrbücher 1891, 463).

<sup>c</sup> Ita Paul (l. l.) et Pfäffisch (Der Einfluß Platos 1910, 12 adn. 2) cum Lange; ἀπιπτον P, ἀποπτον Maramus OKr; ἀπιπτον praeferendum est tum propter conexum tum propter Platonis Timaeum 29<sup>b</sup>: ἀμεταπτώτους καθ' ὅσον οἶόν τε καὶ ἀνετέγκτοις προσήκει λόγοις εἶναι καὶ ἀκινήτους.

brare homines mactando, et cum sanguine, ut fertur, implemur, eundem nos honorem tribuere, quem vos simulacro habetis, cui non tantum animalium ratione carentium, sed etiam hominum sanguinem adspergitis, per virum apud vos clarissimum et nobilissimum sanguinem occisorum hominum superfundentes, Iovis autem aliorumque deorum imitatores nos esse maribus ad libidinem utendo et cum feminis sine timore corpora miscendo, ex scriptis Epicuri et poetarum defensionem petentes? <sup>6</sup> Quia autem suademus, ut haec instituta iique, qui haec patrant et imitantur, fugiantur, ut etiam nunc hac oratione contendimus, variis modis infestamur; at parvi pendimus, cum deum spectatorem omnium iustum esse sciamus. <sup>7</sup> Utinam nunc quoque aliquis in suggestum excelsum adscendat et tragica voce exclamet: 'Pudeat, pudeat vos quae palam facitis in innocentes conferre et quae vobis diisque vestris inhaerent iis adfingere, quos ne minima quidem ex parte contingunt! <sup>8</sup> Immutamini, respiscite!'

**13.** Nam et ego, cum velamentum nefarium a pravis daemonibus ad deferrendos ceteros homines divinis Christianorum doctrinis iniectum viderem, et eiusmodi oratores fallaces et ipsum velamentum et vulgi opinionem derisi. <sup>2</sup> Christianus ut inveniar, me et laudi ducere et omni contentione adniti profiteor, non quod alienae sint Platonis doctrinae a Christo, sed quod non plane similes sunt, ut et ceterorum, puta Stoicorum, poetarum, historicorum. <sup>3</sup> Unusquisque enim ex parte spermatici logi id quod ei cognatum est videns praeclare enuntiavit; qui autem in rebus gravioribus sibi adversantia dixerunt, eos consecutos non esse adparet scientiam certam et cognitionem numquam fallentem. <sup>4</sup> Quaecumque igitur apud omnes praeclare disputata sunt, nostra Christianorum sunt; nam secundum deum adoramus et amamus logon ab ingenito et inenarrabili deo oriundum, qui etiam propter nos homo factus est, ut etiam dolorum nostrorum particeps factus medicinam nobis pararet. <sup>5</sup> Scriptores enim omnes per semen logi insitum subobscurè verum videre potuerunt. <sup>6</sup> Aliud enim est semen alicuius et imitatio pro viribus data et aliud ipsum illud, cuius communicatio et imitatio secundum gratiam ab illo venientem conceditur.

**14.** Quapropter a vobis petimus, ut quae vobis placent, subscribendo probetis et hunc libellum promulgetis, ut ceteris quoque nostra innotescant et falsa opinione bonique ignorantia liberari possint, qui sua

<sup>1</sup> Agit auctor de Iove Latiari; cfr. Tert. l. l. 9, 5: 'Ecce in illa religiosissima urbe Aeneadarum piorum est Juppiter quidam, quem ludis suis humano sanguine proluunt'. Eadem res narratur a Minucio Felice, Oct. c. 30.

τουτὶ τὸ βιβλίδιον, ὅπως καὶ τοῖς ἄλλοις τὰ ἡμέτερα γνωσθῆ καὶ δίνωνται τῆς ψευδοδοξίας καὶ ἀγνοίας τῶν καλῶν ἀπαλλαγῆναι, οἱ παρὰ τὴν ἑαυτῶν αἰτίαν ἰπεύθνηοι ταῖς τιμωρίαις γίνονται [εἰς τὸ γνωσθῆναι τοῖς ἀνθρώποις ταῦτα], 2 διὰ τὸ ἐν τῇ φύσει τῇ τῶν ἀνθρώπων εἶναι τὸ γνωριστικὸν καλοῦ καὶ αἰσχροῦ, καὶ διὰ τὸ ἰμῶν, οὓς οὐκ ἐπίσταται τοιαῦτα ὅποια λέγουσιν αἰσχροῦ πράττειν, καταψηφίζεσθαι, καὶ διὰ τὸ χαίρειν τοιαῦτα πράξασι θεοῖς καὶ ἔτι νῦν ἀπαιτοῦσι παρὰ ἀνθρώπων τὰ ὅμοια, ὡς ἐκ τοῦ καὶ ἡμῖν, ὡς τοιαῦτα πράττουσι, θάνατον ἢ δεσμὰ ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον προστιμᾶν ἑαυτοῦς κατακρίνειν, ὡς μὴ δέεσθαι ἄλλων δικαστῶν.

15. [Καὶ τοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ἔθνει ἀσεβοῖς καὶ πλάνου σιμωνιανοῦ διδάγματος κατεφρόνησα.]<sup>a</sup> 2 Ἐὰν δὲ ἡμεῖς τοῦτο προγράψητε, ἡμεῖς τοῖς πᾶσι φανερὸν ποιήσοιμεν, ἵνα εἰ δίναιτο μεταδῶνται· τοῦτου γε μόνου χάριν τοῖσδε τοῖς λόγοις συνετάξαμεν. 3 Οὐκ ἔστι δὲ ἡμῶν τὰ διδάγματα κατὰ κρίσιν σώφρονα αἰσχροῦ, ἀλλὰ πάσης μὲν φιλοσοφίας ἀνθρωπεῖου ἰπέρτερα· εἰ δὲ μί, κἂν σωταδεῖοις καὶ φιλαινιδεῖοις καὶ ἀρχεστρατεῖοις καὶ ἐπικουρεῖοις καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιοῦτοις ποιητικοῖς διδάγμασιν οὐχ ὅμοια, οἷς ἐντυγχάνειν πᾶσι, καὶ λεγομένοις καὶ γεγραμμένοις, συγκειώρηται. 4 Καὶ πανσόμεθα λοιπόν, ὅσον ἐφ' ἡμῖν ἴν' πράξαντες, καὶ προσεπευξάμενοι τῆς ἀληθείας καταξιοθῆναι τοῖς πάντη πάντας ἀνθρώπους. 5 Εἴη οὖν καὶ ἡμᾶς ἀξίως ἐνσεβείας καὶ φιλοσοφίας τὰ δίκαια ἰπὲρ ἑαυτῶν κρῖναι.

<sup>a</sup> Haec sententia, quae in codice P legitur, ab omnibus reicitur.

culpa supplicii obnoxii sunt, 2 quia naturae hominum facultas inest cognoscendi pulchrum et turpe et quia nos, quos talia, qualia criminantur, facinora non perpetrare sciunt, condemnant et quia diis delectantur, qui talia patrarunt et ab hominibus similia etiam nunc exigunt, ita ut eo ipso, quod nos quasi talia patrantes morte aut vinculis aut alia eiusmodi poena multant, se ipsi condemnent aliisque iudicibus opus non sit.


15. [Impiam quoque illam et erroneam in gente mea Simonis doctrinam contempsi]. 1 Quodsi vos, ut hic libellus publicetur, permiseritis, nos, ut in notitiam omnium veniat, curabimus, ut, si fieri potest, immutentur; huius rei unius gratia hanc orationem composuimus. 2 Nostrae doctrinae, si recte iudicaveris, non sunt turpes, sed omni humana sapientia sublimiores; doctrinis saltem Sotadis, Philaenidis, Archestrati, Epicuri aliisque eiusmodi, quae in libris poeticis occurrunt, quas et traditas audire et scriptas legere omnibus licet, similes non sunt, 3 Iam finem faciemus, operati, quantum in nobis erat, et insuper precati, ut veritatis cognitione dignentur omnes ubique homines. 4 Utinam igitur et vos, ut pietatem et philosophiam decet, vestra ipsorum causa aequum iudicium feratis!

---

Druck von Max Schmiersow, Kirchhain N.-L.

---





BQ	1585	11	Jun
A6			
10-7-64			JMT
10-2-65			ELL
23.10.65			Rev
4 XI 65			
11 I 69			JAT
4 OCT 68			MR
DEC 10 71			CHD
JUN 4 72			CHR
3 x 42			WJ

~~Justin~~

Justin

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES  
 10 ELMSLEY PLACE  
 TORONTO 6, CANADA

1316.

